

IOHANNIS
CLAI PRECA-
TIONVM

Libri Quinque.



VVITEBERGÆ,
Excudebat Laurentius Scu-
berlich,

ANNO 1601.

ET NOBILITATE
GENERIS, ET LITERARVM

SCIENTIA, ET VIRTUTE AC
plurimarum rerum vsu præstantissimis
viris, Ottoni, Iohanni, Melchiori, Kune-
mundo, VVolfango, Bernharto, Hay-
soni, & Christophoro à Dertenborn, fra-
aricus, in Schermberg, &c. patronis
& Meccœnatibus suis honori-
ficè colendis.

S. P. D.

ANNI IAM SVNT VIGIN-
ti, cum libros precationum
quatuor edidi, illustri ac
generoso Domino, Domi-
no IOHANNI FRIDERI-
CO, Comiti in Hardeck, &c. Domino
in Cunstas oppido Moraviae nuncupa-
tos, cum collega essem scholæ Goldber-
gensis in Silesia, quæ Moraviae est con-
tigua: Cui literis clarissimo Domino
paulò ante Epicedion dedicaueram, in
obitum fratris eius Comitis VVolfgan-
gi Theodorici scriptum, cuius ad me fi-
lium Comitem Iohannem deinceps
Aa 2 Franco

EPISTOLA

Francostenium misit, ubi anno sexagesimo nono ludi rector eram: Qui cum privato suo præceptore & mensa mea & hospitio est usus, & post meum ex Silesia discessum in schola Goldbergensi aliquandiu versatus, postea VVitebergæ literis operam dedit, & magnificus ibi Academiae Rector creatus, semestri sequente mihi de consilio clarissimorum virorum gradum Magisterii petenti, sumtus benevolè suppeditavit: Cuius beneficii memoriam nulla unquam apud me delebit obliuio. Post illa, dum Bendelebii verbum coeleste doceo, interea temporis illustris ille Dominus Comes Iohannes Fridericus, Dominus & Mœcoenas meus liberalissimus, ex hac ærumnosa vita evocatus est, & ut erat pietatis & verbi Dei amantissimus, ita piè & placidè in fide & inuocatione Christi expiravit, & non solum subditis suis, sed etiam Musis & earum cultoribus, quos liberalissimè fouebat, luctum

DEDICATORIA

luctum *Ἰνδύμιον* reliquit. Cū itaq̄
hoc anno Henningus Gros Bibliopo-
la & ciuis Lipsicus meditationes me-
as in historiam passionis ac mortis
Christi recudendas dare vellet, & ut
liber adiustam magnitudinem excre-
skeret, adijcere decreuisset precatio-
num mearum libros; quibus quintus
accessit, quòd exempla olim VVite-
bergæ excusa nulla haberi amplius
possent: visum fuit faciendum, ut e-
repto mihi Meccenate illustri & ge-
neroso, alium quærerem, cui labo-
res meos nuncuparem, ne sine patro-
no prodirent. Etsi verò par erat ge-
nerosum Dominum Iohannem Co-
mitem in Hardeck patruo succedere:
tamen quia abest à me longius, fieri
id temporis angustia & festinatio non
passa est: Et alia in manibus habeo
cellitudine eius magis digna, quæ &
nunc intra priuatos parietes illi desi-
gnata sunt, & absoluta publicè nun-
cupabuntur, si vitam nobis Deus u-

EPISTOLA.

trinque clementer concessam prorogaverit, Vos itaque, Dettenbornii fratres, nobilitate literis & virtute praestantes, Meccenates elegi, tum propter loci viciniam, tum propter insignem nominis famam, tum quod parenti vestro superioribus annis pie defuncto scriptum Epicedion carmen perexiguum vobis dedicaui, maius aliquid deinceps nuncupaturus, & me in vestram benevolentiam & amicitiam meliore occasione insinuaturus. Mitto igitur hos quinque precationum libros, cum meditationibus in unum Tomum coniectos, & a vobis omni contentione peto, ut & beneuolo a me animo accipiatis, & unusquisque vestrum pro se sibi nuncupatas has lucubratiunculas interpretetur, & me in suam fidem & clientelam recipere dignetur. Quicquid enim vicissim a me fieri poterit vobis universis & singulis gratum, in eo habituri me estis omni loco & tempore
para-

D E D I C A T O R I A.

paratissimum. Quod superest, vos omnes & singulos in Dei optimi maximi benignissimam tutelam, & me secundum Deum in vestram clientelam commendo. Bene valete. Benedebij Calendis Ianuarij incuntis anni 1589. à Christo nato, quem vobis & omnibus fortunatissimum divina benignitas largiatur, Amen.

Nobilis. præstantiæ vestræ

deditis.

Iohannes Claius M.

A a 4

M. lo

M. Iohannes Ladislaus.

ΠΟλλά μὲν ἡμᾶς δὲνὰ διαμπερές ἔνθα καὶ ἔνθα
Κυκλώσιν, χαλεπαὶ ἢ χροῖον χαλεποῖο θυέλλαι
ἄμμιν ἐπισπέρχουσιν, ἔχουσι ἢ γαῖαν ἅπασαν
Λοίμους ὁμᾶ λῆμους τε, καὶ ὁ συγερώται ὁ ἄρης,
Αἴτ' ἔριδες λυγροὶ, καὶ ἔρινυες αἱ κακὸχαρτοι
ἀργαλέας θνητοῖσι φυτεύουσι κακότητας
Λημοσίας τ' ἰδίας τε, πόλεις καὶ δῆμον ἄμι' αὐταῖς
Βλάβησιν, φθινύθουσι ἔρείπουσιν, πρᾶθέουσιν.
Τόσῃ νυῦ χροῖω βεβίηκεν πάντοθι πολλὰς
ἐν πάσῃ γαίῃ, μαλλον δ' ἄχος ἵκετο λαόν
ἔθους χριστοφιλέας ἐπέη κρατέρ' ἀλγεα πάσῃ
Θλιβόμενοι δὲνῶς ἐχθροῖσιν ἔσ' ἀργαλέοισι
φυζακινῆς ελάφοισιν εἰκῶς, αἶγε καθ' ὕλην.
Παρδάλισιν τε λύκοισι ἔλωρ καὶ κῦρμα πέλονται.
ὦ τ' παγχαλεπῆς ὥρης, ἦτοι μάλα τοῖην
ἵξεσθαι σε πάλαι χριστὸς πρὸς φησε σάφ' εἰδῶς.
ἐν σοὶ ζῶοντες καλὸν εἶδεν, ἐναίστιμον εἶδεν,
οὐδὲν ὄρωσ' ὄσιον, μοχθηρὰ ἢ πάντα καὶ αἰνά.
Πάντα μὲν οἰμωγὴ πέλε ἢ καὶ δάκρυα πάντα,
Πᾶσι ἢ λυγρὸς ὄλεθρος ἢ πῖ ξυρᾶ ἵσαρ, ἀκμῆς.
οὐδὲ πιν, ἐσὶ φυγαῖν θνητὸν βροτὸν, εἴθ' ὑπαλύξαι
τῆτον ἐπερχόμενον σφοδρὸν χροῖων ἀλεγεινόν.
ἦδη γὰρ σαταναῖς πᾶσας ὀρέθιων αἰέλλαι
λευγαλέων κηρῶν, σιωῖ ἢ νεφέας καλύπτει
Νῆα τῆν ὦ χριστέ, λίην μέγα κῦμα κυλίνδων.

Αἰνῶς

Αἰνῶς γὰρ ἀπεύδη νύκτας τε καὶ ἡμέρας πάντα
Ἀνθρώποισιν ἐφιεμένα θυμοφθόρα κήλα,
ὅτι μάλ' ἔγνω κείνο πελάζην ἔχαστον ἡμαρ,
ὣ κ' ἐχθρῶ τίσθε θεὸς τὴν ὕβριν ἀληκτον.
ἡμεῖς ἔν πλώεσιν ἀλίγκιοι ἄγριον ἄλμην
κύματ, ἀνά τροφ' ἔντα πελώρια, πῆ κάμψωμε
ὥσε λαχεῖν ὄρμον πεποθημένον, ἠδ' Ἰπτιωγῆς
Τρέψωμεν ποτὶ χρισσιῶν πατρὸς ἔρανόιο,
Τόνδε μάλ' ἐξιλάσωμεν ἀράς φρενὸς εἰλικρινέας,
ὥσε κυβερνήτης μικρῆς νεὸς ἀμμι γένοιτο,
Μήποτε τήνδ' ὀλέσθην ἀναρπάξασα θυέλλα.
Οὐ μὴν ἔτ' ἄλλοισιν δρέσκε) ἀσεροπητῆς
Δάροις ἢς θυτίαις, ἢ λιασομένων ὀπί ἀγνῆ.
ὡς γὰρ Δαβίδαο διὰ σώματος φάτο μῦθον:
Λιασομεν) κάλεσόν με βιαζόμεν) κακότητι,
καὶ σε βιαζόμενον ῥύσω κακῶ ἐξ ὀλοοῖο,
Ἀλλὰ σὺ ῥυόμεν) κλείσθης ἐμ' ὅπαστε ῥύοντε.
Τῶ πατρὸς ἔρανόιο ὑποχεσίησι πιθόντες
Πάντες δρησώμεσθα ἠὲ φρενὶ ἠδ' ἠὲ αὐδῆ,
ὄφρι ἴλεως ἀπαμήνη, ἀγ' ἡμῶν ἔχραε πάντα
Δφνά τὰ νυῦ, νῆσοι συγεραῖ, καὶ λιμὸς ἀτρπηῆς,
καὶ εἰσὶς ἐμφυλ), πολέμοιό τε δ' ἔπ) ἀφκῆς.
Μᾶλλον δ' εὐχάμεσθα θεῶ πατρὶ ἠπιόδωρω
Σμικρὸν ὄμιλον ἐῶ ἱερωμένον υἱεὶ χρισῶ
Σῶσαι καὶ σκεπάσαι κατὰ δαίμον) ἔλομένοιο,
καὶ λατρίων κείνοιο ἢ ἀμφαδὸν ἢ κρυφιδόν.
Εὐχάμεσθ' ὦ θνητῖ, ἐπεὶ μαλαὶ καιρὸς ἀράσθαι.

Α α ς

Εὐχά-

Εὐχόμεσθ' εἰλυτρὸν αἰλύξ' ἐθέλοιμεν ὀλεθρὸν.
 Ζύμπαντες ζύμπασιν ὁμόφρονα θυμὸν ἔχωμεν
 Θῦμ' ἱερουργῶντες, θεάρεστον ἀμώμητόν τε,
 Θῦμ' εὐχῶν τε λιτῶν τε ἀναμμάκτω παρὰ Φωμίῳ.
 Οἷα σὺ νῦν ἄνερ ἐσθ' λὲ λιγύαις πεφιλημέτε μέσσαις
 Αἰθέρα ναυεταίοντι φέρεις μελίγματ' αἰοιδῶν
 ταῦτα, πθεῖς πολέεσσι νοήματα καλ' ἀναφανδόν
 Δοξολόγιο φρενὸς μελετήματα, τοῖσιν ἔωθας
 χρῆσθαι, ἢν δένον τι προσήυχῃς ἀποπροπάασαι,
 ἢ εἰ σι, ἢ ἀλόχῳ τεκέεσσι τε παντί τε δήμῳ,
 ἢ ὅποτεν τι κίχεν θεὸν ἤτεες ὦνπερ ἔχεν χρῆμα
 ἢ αὐτὸν δόξαζες αἰοιδῶν ἐσθ' λαὸν διδόντα.
 Χαίροις ὦ ἄνερ ἐσθ' λὲ, σὺ δ' ἡμῖν χαόμενον κῆρ
 τὸν θεόν, ὡσπερ ἔχεις, ὡδαῖς ἱερῆσιν ἰλάσκειν
 Διοσόμεν. Θ. ἱεράων ἢ θεῶν θυμῆρες αἰοιδή.



VVcn



VVencefflaus Sarbochius
Tribouienfis.

Vult Deus, vt foli femper fibi gloria detur,
Nec fuus Idolis attribuatnr honos.
Vult dignas alacri dici fibi pectore grates
Supplicibus votis carminibusq; pijs.
Condidit hinc sanctam patria bonitate poëfin,
Et iubet hac laudes non celebrare fuas.
Sed pauci faciunt, ludos pars maxima vatnm,
Vanaq; carminibus, non bona dicta, canit.
At tu laudandus merito es Præceptor amandæ,
Quòd studio impendis tempora multa sacro.
Etna prius lymphas gignet, prius æquora flamas,
Quàm moriatur opus, quod tua Musa dedit.

IOHAN-

I
IOHANNIS CLAI
HERTZBERGENSIS
PRÆCATIONVM

Liber Primus.

PRÆCATIO PRIMÆ

Ad Deum patrem rerum omnium
conditorem.

O Mens omnipotens, & inenarrabile numen,
Interitus expers principijq; Deus,
Cum tua maiestas terras & sidera cæli
Conderet, & quicquid terra vel astra tenent;
Tunc tibi solus homo tanti fiebat, ut ipsum
Effigiem faceres mentis habere tuæ.
Cumq; usu careant animalia cætera linguæ,
Ore dabas illi liberiore loqui.
Ut tua perpetua celebraret nomina voce,
Teq; creatorem diceret esse suum. (est,
Quapropter quicquid loquimur facimusvé necesse
Vnius ut laudes spectet in omne tuas,
Seu versare stylum libeat sermone soluto,
Seu iuuet imparibus condere verba modis.
Grata tibi laus est, meritumq; reposcis honorem,
Et na-

L I B E R

Et nostro fieri notior ore cupis.
 Ergo tibi supplex quas debeo & offero laudes.
 Accipias animæ Rex genitorq; meæ.
 Et mihi des vili maius pro munere munus.
 Si mea concessum vota piumpq; petunt.
 Non mihi diuitias auri gemmasq; requiro,
 Non peto Mathusalætempora longa senis:
 Nullius officij certum mihi postulo nomen,
 Ætherei flatus dona beata peto.
 Qui mea diuino præcordia lumine lustret,
 Et vera erudiat cognitione tui.
 Hoc peto, si donum votis hoc consequor vnum,
 Est satis: Hoc si das, das mihi cuncta pater,
 Nec verò dubito, cum sis veracia nati
 Pollicitus nobis ipse per ora tui.
 Namq; elementa prius, mare, tellus, ignis, & aër,
 Cunctaq; in antiquum sunt reditura chaos:
 Quam Christo fretos spes irrita fallere possit,
 Quamq; tuus nullo pondere sermo cadat.

II.

Ad Christum Dei Patris filium, humani
 generis redemptorem.

CHRISTE Dei soboles non inficianda parentis.
 Sit tibi pro meritis gratia lausq; tuis.
 In genus humanum tua tot sunt munera namq;
 Quot vehit astra polus, quot mare voluit aquas.
 Quotue alit Oceanus pisces, aeris volucres,

Ant

P R I M V S.

Aut atomi magnum quot per inane volant,
 Omnia si referam, numero tua munera vincunt,
 Nemo satis dignè dicere cuncta potest.
 Maius habet ipso pondus cælog, soloq,
 Quicquid & hoc rerū, quicquid & illud habet.
 Prorsus nemo potest, quot sint aut quāta, referre,
 Mille licet linguis guttura mille sonent.
 Nam cum perpetuò tristi premeremur in orco,
 Dæmonis imperio, crimina propter Adæ:
 Tu summa nostri bonitate misertus ab alto,
 Nasceris intacta virgine purus homo.
 Atq; immortalis mortales induis artus,
 Nec dominum serui munus obire pudet.
 Cum tibi par esset regni cum patre potestas,
 Sponte tamen patrios volueris ante pedes.
 Pro nobis passus moreris, descendis ad orcum,
 Imposita colubri calce terisq; caput.
 Ascendis cælos, iterumq;, quod antè negabant
 Crimina supplicio digna, recludis iter.
 Cum queat ergo tibi nec agi nec digna referri
 Gratia, & exposcas pectora grata tamen:
 Offero Christe tuas dicentia carmina laudes,
 Tu data propitia suscipe mente precor.
 Et mihi cœlestem placatum redde parentem,
 Defendens causam, quòd facis, vsq; meam. *Defendit causa nostra*
 Det, pete, diuini flatus mihi munera, sancto *non potest.*
 In me qui motus excitet igne novos.
 Inq; meo fidei succendat pectore lumen,
 Noticiamq; tui, noticiamq; patris.

Et sen-

Et sensus tantis inflammet amoribus imos,
 Ut pro laude tua sit mihi dulce mori.
 Acceptus tandem cœlo, sine fine beatus,
 Aspectuq; tuo colloquiog; fruuar.

III.

Ad Deum Spiritum sanctum.

Accipe gloriolam, supplex quam debitor offert,
 Exaudiq; meas spiritus alme preces.
 Cum duce te, quicquid facimus, faciamus honestè,
 Desertiq; tua nil valeamus ope:
 Quantū est in nobis, unum hoc caveamus oportet,
 Ne mala te nostro pectore vita fuget.
 Sanctus es, & sanctis gaudes, & sancta requiris,
 In sanctoq; tibi pectore templa struis.
 Iniustos verò refugis, procul inde recedis,
 Nullus vbi est sceleris flagitiq; modus.
 Ergo tibi supplex comprehensas carmine grates,
 Perpetuus doni debitor huius, ago.
 Quaeso tibi rara placeant pinguedine sacra,
 Et rata sint animi vota precesq; mei.
 Me rege perpetuò, nec te ductore carentem
 In mala præcipitem me ferus hostis agat.
 Sed rutilæ ductus sacro facis igne per umbras
 Orbis, eam recta tutus ad astra via.
 Atq; ibi conspectu Patris, Natiq;, tuoq;
 Præsenti felix perpetuoq; fruuar.

Oratio

Oratio Salomonis pro Sapientia.

Quanta tua est bonitas veterum Deus vnice pa-
trum?

Cui vastum mundi pondere cedit opus.

Namq; vt nunc alios taceam, quot quantaq; dona
Acceptit genitor, te tribuente, meus?

Cum patrias sequeretur oues, tu protrahis ipsum,
Et das magnifica sceptrā tenere manu.

Vindictam fusos illi largitus in hostes
Fecisti aduersæ frangere partis opes.

Quid? quod pollicitus Dauidis semine regem,

Qui graue peccati demere possit onus.

Præterea natum, qui regna paterna tueri,

Et populo sciret reddere iura tuo.

Nec te polliciti verò sententia vertit,

Nam regem patris me facis esse loco.

Et quodcunq; velim de te mihi poscere mandas,

Omnia facturus, quæ mea lingua peter.

Ergo mihi nec opes, victo nec ab hoste triumphos,

Nec peto longæui secula Mathusala.

Nullius officij certum mihi postulo nomen,

Ingenium sapiens & pia corda peto.

Vt, quia adhuc teneris annis & sensibus vtor,

Quæ facienda mihi, quæ fugienda, sciam.

Nam nisi sancta regat nostram sapientia mentem,

Qui possim populo rite præesse tuo?

Canticum Zachariæ Sacerdotis.

L Audibus æternis summoq; seratur honore;
 Maximus Isacida Thariadaq; Deus.
 Namq; sui magna populi bonitate misertus;
 Polliciti seruat fœdera sancta sui.
 Inq; domo Dauid nobis cornuq; salutis
 Erigit, auxiliij præsidiumq; sui.
 Quod fore per vates primis promisit ab annis;
 Carmina qui ductu vera dedere Dei.
 Ut nos præstaret tutos hostilibus armis;
 Exilij dempto seruitijq; iugo.
 Exereretq; sui certissima signa fauoris;
 Fœderis extructi pollicitiq; memor.
 Fœderis æterni, quod cum patre fecit Abraham;
 Per sua iuratus nomina sancta Deus.
 Affore post annos aliquot felicia secla,
 Cum simus posito libera turba metu.
 Ducentes omni vitam pietate probatam,
 Iusticia & cultam, quæ placet vna Deo.
 At tu care puer dicere Propheta Tonantis;
 Omnibus & fama clarior vnus eris.
 Ante Dei faciem cursu propiore præibis
 Nuncius, vt sternas, qua venit ille, viam.
 Et doceas populum præsentis signa salutis,
 Quæ sola posita est in bonitate Dei.
 Qua Deus adductus miserum demisit in orbem,
 E cœli natum vertice sponte suum.

vt pres

Vt pressos cœca mortis caligine, claram
 Iucunda faciat luce videre diem.
 Nostraq; diuino firmet vestigia verbo,
 Et monstret pacis, quæ sit eunda, viam.

VI.

Canticum beatæ virginis Mariæ.

Mens mea læta Deum summis iam laudib. effert,
 Et cor & os ipsi carmina grata canit.
 Quam meus exultat sensus, quam gestit in vno,
 Quem penes est hominum vita salusq; Deo?
 Nam humilem placido respexit ab æthere vultu,
 Omnibus ancillam præposuitq; suam.
 Ergo natorum nati seriq; nepotes,
 Me fortunatam terq; quaterq; ferent.
 Munera quod tribuit mundi mihi tanta creator,
 Cui nomen sanctum omnipotensq; manui.
 Qui bonus est omni sese metuentibus æuo,
 In dandoq; suis nescit habere modum.
 Extendit sortes humeros, sternitq; feroces,
 Et premit imposito colla superba pede.
 Deijcit excelsa regni de sede potentes,
 Simplicibusq; altum donat habere locum.
 Pauperibus dat opes, atq; esurientibus escam,
 Omnibus oppleros expoliatq; bonis.
 Et iam, quod populi clemens miseretur Ebraei,
 Se memorem ostendit fœderis esse sui.
 Quo dare Thariadæ promisit ab æth. re natum,

Corpore qui sit homo, qui sit honore Deus.
 Qui latè terris atq; ipsis imperet astris,
 Et sceleri statuat criminibusq; modum.
 Iamq; adeo factis promissa fideliter implet,
 Ac matrem sobolis me iubet esse suæ.
 Quapropter vegetus donec procedet ab ore
 Spiritus, hæc omni tempore facta canam.
 Numinis hæc bonitas toto celebrabitur orbe,
 Nesciaq; est tellus nulla futura Dei.
 Hæc benefactoris celebrabit munera nostri
 Omnis in æternos linguaq; mensq; dies.

VII.

Oratio Mardochei contra Hamanum.

Rex Deus omnipotens, nulla qui sine teneris,
 Omnia sunt manibus clausa patentq; tuis.
 Nemo tibi potis est obsistere ferre volenti
 Auxilium plebi subsidiumq; tuæ.
 Omnia fecisti, quæcumq; vel astra, vel æquor,
 Vel totum vasti continet orbis opus.
 Stirpis es humanæ pater, & fabricator, & altor,
 Aduersus numen quis ferat arma tuum?
 Omnia tu penitus, quamuis abscondita, cernis,
 Et nosti sensus interiora mei.
 Quod non inuidia, nec fastu cordis, Amani
 Noluerim supplex procidere ante pedes:
 (Gentis enim propter Iudææ sponte salutem
 Vel plantas eius lambere promptus eram.)

Sed ne

P R I M V S.

Sed ne diuino quenquam dignatus honore
 Mortalem ferrer preposuisse Deo.
 Ergo age summe parens, Abrahami semine natis
 Auxilio promptus praesidioq; veni.
 Respice nos meritos morti quos destinat hostis,
 Parua quidem numero, sed tua turba sumus.
 Tu nos Aegypti duxisti sortis ab oris,
 Exilio statuens seruitioq; modum.
 Tu nos praereliquis electos gentibus ornas,
 Aetheris haeredes instituisq; tui.
 Nec contemne tuum Deus optime maxime coetum,
 Exaudi mæstas, quas tibi fundo, preces.
 In te spes vno est, si tu nos deseris actum est,
 Sed nobis promptam, nam potes, asser opem
 Ipse suis pereat technis, quas cogitat, hostis,
 Pro luctu populo gaudia redde tuo.
 Ut tibi seruati praeconia læta canamus,
 Et tempus famæ laus stet in omne tuæ.

V I I I.

Oratio Eleasari nolentis cibo lege pro-
 hibito vti.

Ergone me similem carnes edisse suillas,
 Aut verè contra iussa tonantis edam?
 Ut mihi rex vitæ spacium transcribat, & ipse
 Vtar eo facili propitioq; senex?
 Ne mihi, ne verò quisquam persuaserit vnquam,
 Mortali vt dicar postposuisse Deum.

Bb 3

Ethnicus



Ethnicus aut videar iam factus deniq³, iusta
 A puero colui qui pietate Deum.
 Nam quid amicitiam regis stultissimus optem,
 Cum maneat spreti me grauis ira Dei?
 Aut quid præteritos addi mihi possit ad annos,
 Cui bis sunt vitæ lustra peracta nouem?
 Deniq³, quid profint vel secula mille, futura
 Cum sit in æternum vita carenda mihi?
 Nil timeo, iussas iam dudum sumite pœnas,
 Non ego me morti verberibusq³ nego.
 Vt pro lege Dei plagas & vulnera ferre
 Exemplo discat postera turba meo.
 At tu summe Deus, Rex regum maxime, cuius
 Pro iussis mortem suppliciumq³ luo:
 Respice me, fortes passuro suffice vires,
 Has animo plagas vt patiente feram.

IX.

Oratio nautarum Ionam in mare pro-
 iicientium.

O Deus Isacidam, qui Iona teste creasti
 Omnia, quæ tellus aut maris æquor habet:
 Heu quanti subito fluctus tolluntur aquarum,
 Iam contacturos sidera iamq³ putes.
 Nubibus obtegatur cœlum, lux alma diei
 Eripitur nobis, nox tegit atra fretum.
 Aduersis venti luçantur flatibus, instat
 A tergo Boreas, è regione Notus.

Et furit ex imis euersum sedibus æquor,
 In puppim præceps de super vnda ferit,
 Præsentem nobis intentant omnia mortem,
 Iam sortex fessam merget in ima ratem,
 Se propter Ionas fluctus scuire profundi,
 Quod fugiet summi iussa Tonantis, ait,
 Et fore promittit placatas æquoris iras,
 Si maris in medias abijciatur aquas.
 At tu summe Deus ne nos vlciscere, neue
 Vnius ob noxam nos quoq; perde freto.
 Intereat sanè Ionas proiectus in vndas,
 Quandoquidem mortem se meruisse refert.
 Tu, quæcunq; placent tibi, perficis omnia liber,
 Magne tuo sunt numine cuncta Deus.

X.

Oratio Ecclesiæ pro peccatorum remissionem,
 & ab hostibus liberationem.

Quid nunc, quò fugio? quò me tristissima verto?
 Quod patrociniū præsidiumue paro?
 Ad cælos sursum non audeo tollere vultum,
 Nam læsi multo crimine sæpè Deum.
 Nec datur in terris quicquam sperare salutis,
 Quod cunctis odio est nomen vbiq; meum.
 Quid superest igitur? quod iter iam prosequar? ergo
 Spes nunc est inopi nulla relicta mihi?
 Est mihi nota Dei bonitas, qui suscipit omnes,
 Quos scelerum verè pœnituisse videt.

B b 4

Huius

Huius me malo pœnis offerre paternis,
 Quam vanas hominum quærere amicitias,
 Non opus abiectum manuum sinet esse suarum,
 Cui dedit effigiem mentis habere suæ.
 Hunc igitur supplex humili sermone precabor,
 Hæc ipsi mixto vota dolore feram.
 O Deus omnipotens, facilis, miserator, & æque,
 Aurea cœrulei qui regis astra poli.
 Qui quod es immensus, nec cerni lumine, voce
 Nec potes efferi, nec ratione capi.
 Respice propitius scelerum me mole grauatum,
 Et mihi peccati leuiter aufer onus.
 Sis bonus, & miseram sese miserere fatentis,
 Et quæ de Christi nomine nomen habet.
 Surge, meam scuis ex hostibus eripe vitam,
 Qui capiti intentant tela necemq; meo.
 Quid dum me rident, in te quoq; verba loquuntur
 Impia, ludibrio nomen habentq; tuum.
 Qui clamas, aiunt, aut quis Deus ille Deorum est,
 Nec quicquam toties quem scelerata vocas?
 Sic iuuat ille sui cultus & laudis amantes?
 Egregium verò se probat esse Deum.
 At tu summe pater solus Deus, vnus, & idem es,
 Primus & extremus, qui fueras & eris.
 Numen es omnipotens, atq; omnes vota ferentes
 Respicias, & vanas non sinis ire preces.
 Exiguo quanquam nonunquam tempore differs
 Auxilium, subito nec mala nostra leuas.
 Post indefessa tamen audis voce rogantes,

Fera

Fers & opem, summi cum venit hora mali.
 Salus enim nosti tempusq; locumq; iuuandi,
 Nec tibi fidentes deseruisse potes.
 Ergo speratam propera mihi ferre salutem,
 Et profer dextræ robora magna tuæ.
 Ut videant illi, quantum tua numina possint
 Et ne te sine re nomen inane putent.
 Sed te verè inopem norint defendere cœlum,
 Nec pia per ventos irrita vota rapij.
 Sic tua maiestas & laudis gloria crescet,
 Ipsaq; perpetuis te celebrabo sonis.

XI.

Pro victoria contra Diabolum.

Q Pater ætherea residens sublimis in arce,
 Numine qui terris cuncta poloq; regis:
 Cui thronus est cœlum, cui sub pede subiacet orbis,
 Quem tremit inferni regia cœca ducis:
 Te per acerba tui pro nobis vulnera nati,
 Per Christi duram te pater oro crucem:
 Per latus eiusdem, quod acutæ cuspidis hasta
 Transijt, vnde cruor flumine mixtus ijt:
 Te duce da stygio referamus ab hoste triumphum,
 Qui mouet in nostram barbara signa manum.
 Agmine qui multo cinclus fera bella minatur,
 Et locat in nostro castra cruenta solo.
 Nos sumus imbelles, pugna valet ille nocendi,
 Multiplici, nouit pectore mille vias.

Bb 5

Quæ

Quæ gerit, infecit lethalibus arma venenis,
 Tinctaq; vipereo tela cruore iacit.
 His animo factum vix est sanabile vulnus,
 Pestiferum medica plus valet arte malum.
 Arma igitur nobis contra arma hostilia præbe,
 Coelitus auxilio præsidioq; iuua.
 Nostra salutifero circunda pectora scuto,
 Cinge tui nobis dogmatis ense latus
 Da fidei clypeum, galeamq; salutis, vt ille
 Quæ iacit in vanum tela repulsa cadant.
 Ne nostra victor capta legione triumphet,
 Intendatq; tuo vincula sæua gregi.
 Sed terrenæ animus luteo de carcere carnis,
 Ad pia cœlicolûm gaudia liber eat.

XII.

Pro pia vitæ & studiorum gubernatione.

Qui cœlos habitas, hominum seruator & autor,
 Qui quod es, id fueras, quod fuerasq; manes;
 Suscipe me, rege me, totum me quaeso gubernas,
 Et mihi da status dona beata tui.
 Qui mea diuino præcordia lumine lustret,
 Et solita motus excitet arte novos.
 Instruat, vt verè possim cognoscere Christum,
 Meq; sui doceat, notitiamq; tui.
 Da tibi confidam verè, da pectore credam
 In natum pariter non dubitante tuum.

Deinde

Deinde mei facilem studij quoq; dirige cursum,
 Ut tandem in laudes desinat ille tuas.
 Meq; meosq; tibi supplex commendo parentes,
 Et quos coniungit sanguinis amorq; mihi.
 Tum quicumq; docent diuini oracula verbi,
 Spemq; tua ponunt in bonitate suam:
 Hos dextræ commendo tuæ fidissime custos,
 Hos in tutelam suscipe, quaeso tuam.
 Atq; animi defende malis & corporis, idq;
 Per meritum nati iusticiamq; tui.

XIII.

Pro Spiritus sancti donatione, & an-
gelorum custodia.

O qui recta colis superi prælustria regni,
 Cui neq; principium est, nec quoq; finis erit:
 Alme pater, cuius faciem super axe volantes
 Obtutu genij liberiore vident:
 Da nobis sanctam diuini numinis auram,
 Singula quæ vitæ totius acta regat.
 Omnibus vt toto neglectis rebus in orbe,
 Nostra sit vnus mens studiosa tui.
 Nec sibi proponat, nisi quod diuina requirunt
 Verba, voluntatis nuncia certa tuæ.
 Ac quia quottidiè Stygius nos circuit hostis,
 Et quærit, rabido quem ferus ore voret:
 Tu dubios vitæ custodibus æthere missis
 Nos præsta tutos, qui tua turba sumus.

Vt, ve-

*Vt, veluti propter sanctissima vulnera Christi
In cælo nobis vita beata datur.*

*Sic & in hac vita cuius suus Angelus adsit,
Et vigil à nobis arceat omne malum.*

XIIII

**Pro defensione contra Diabolum, & verbi
cœlestis ac pacis conseruatione.**

Summe pater, cuius nescit clementia finem,
Et regit omnipotens, quicquid vbiq; manus;
Huc ades, & placidum nostris te vocibus offer,
Nec surda nostras aure repelle preces.
Demonis insidias sæuosq; retunde furores,
Ne qua parte tuo possit obesse gregi.
Namq; fero nostram sicut inuidus ore salutem,
Inq; tuo sanctos esse fauore dolet.
Atq; ideò partes sese conuertit in omnes,
Vt tanta priuet commoditate pios.
Vtq; leo, ventris rabies quem compulit, ore
Excipit incautas esuriente feras:
Sic trux ille locos omnes vicosq; pererrat,
Et nec opinantes fraude doloq; necat.
Hic igitur nobis inuictas suffice vires,
Et firma flatu pectora nostra tuo.
Vt Satanae diri tetræ incursibus hostis
Possimus paruis viribus esse pares.
Conserua sancti nobis oracula verbi,
In quibus est omnis nostra locata salus.

In vera

In vera fidos recte pietate ministros,
 Muneris ut maneat in statione sui.
 Oppressos tenebris, & vera luce carentes
 Illustra verbi cognitione tui.
 At qui conuerti nolunt, veroque repugnant,
 Aut emi precio cognita verba negant:
 Hos committe suis perituros viribus, ipsi
 Priuati auxilio sint sibi pœna tuo.
 Denique tranquillæ da nobis tempora pacis,
 Impius armorum cedat ab orbe furor.
 Ut studia atque artes tuto foueantur honestæ,
 Quæ nobis verbi sunt quasi vasa tui.
 Hæc tu, quæ petimus, Deus optime maxime nobis
 Per tua largiri nomina sancta velis.

XV.

In magna animi ægritudine constituti.

CHriste benigne meas, quaeso, nec despice voces,
 Feruida nec cordis negligere vota mei.
 Arida ceu tellus gratos desiderat imbres,
 Sic mea te verum mens sitit ægra Deum.
 Discrutior, nimios in me refrigeret æstus
 Res tuus, o animæ spesque salusque meæ.
 Pelle metus, seda lacrymas, auerte dolores,
 Pro luctu cordi gaudia redde meo.
 Ut positus, mœstus quas iam tibi fundo, querelis
 Lingua sit in laudes officiosa tuas.
 Et nunquam defessa canat noctesque diesque

Pro

Pro meritis grates vox mea læta tuis.
 Ne, quæso. mecum, dum singula dicta vel acta
 Ad viuum reseces, iudicis instar age.
 Sed miserere mei, veniam concede roganti,
 Peccatum dele pectoris omne mei.
 Me vitijs læsum sanent tua vulnera, dulcem
 Instillet rorem mors tua amara mihi.
 Ut, quæcunq; meam feriunt incommoda vitam,
 Fortis & infracto pectore ferre queam.

XVI.

Celebratio beneficiorum Christi in nos.

Æterni Iesu soboles æterna parentis,
 Qua tua, qua dignè munera laude canam?
 Aurea tu linguens stellantis moenia cœli,
 Quæ tua construxit, quæ tua dextra fouet:
 Corporis assumpto seruilis humillimus osse,
 In terris casta es virgine natus homo.
 Scilicet ipse tuis meritis vt corpore liber
 Ad cœli sursum templa beata volem.
 Tu nostro mortem pro crimine passus obisti.
 Acceptis toto corpore verberibus:
 Ut, qui serpentis factus sum sauciis ore,
 Vulneribus fiam sanus ab ipse tuis.
 Nec mihi mors noceat, sed mundo mortuus, cuius
 Felici tecum perpetuoq; fruam.
 Hæc ego Christe precor da semper mente reuoluam,
 Et tanta grates pro bonitate feram.

Te pa-

Te patremq; tuum statumq; amplector amere,
Quo decet, & iusta religione colam.

XVII.

Precatio cupientis esse cum Christo

Saucia te Iesu mea mens suspirat amore,
O spes, o requies, o mea Christe salus.
Corporea quando tandem compage solutus
Migrabo superi liber ad astra poli?
Qua mihi cum sanctis liceat vitaq; perenni
Aspectuq; tuo liberiore frui.
Da tamen interea sacro succendar amore,
Da magis atq; magis mens mea tota flagret.
Ut sic a vitijs polluta libera carnis
Fiat ad amplexus aptior illa tuos.
Tu mea spes, mea tu sis maxima Christe voluptas
Solamen cordis, delictumq; mei.
Da pra te spernam, preciosum quicquid habetur,
Da mihi vis pra te sordeat omnis opum.
Te mea mens omni quærat, canat, inuocet hora
Siue domi quicquam gesserò, siue foris.
Siue polum claro lustrat Sol lumine, siue
Corpora nox almo fessa sopore rigat.
Perpetua viuam felicia tempora pace,
Nominis aeterno letus honore tui.

Hymnus

Hymnus in Christum.

CHriste Dei proles, & vita parentis imago,
 Mens de mente, Deo nate parente Deus:
 Tu patris es Sermo, per quem sunt omnia facta,
 Quo sine nil factum est quicquid in orbe viget.
 Nil mare, nil tellus, nil amplius continet æther,
 Quod tua non foueat condideritq; manus.
 Tu patris ad dextram resides, & cuncta gubernas,
 Omnia ad arbitrium stantq; caduntq; tuum.
 Tu nostri summa lapsus bonitate misertus
 Induis humani corporis ossa Deus.
 Affixusq; cruci, passusq; infanda, cruorem
 Pro nostra fundis sponte salute tuum.
 Hinc petis infernum, Satanaq; & morte subactis
 Nos illinc tecum victor ad alta rapis.
 Prostratosq; refers celebres ex hoste triumphos,
 Et repetis patrij pristina regna poli.
 Et tibi fidentes, quoniam super omnia regnas,
 Heredes cæli participesq; facis.
 Tu spes, tu requies, tu lumen, pastor & agnus,
 Qui peccata tuo nostra cruore luis.
 Tu noster summum Mediator es ante parentem,
 Iratum præsens conciliare Deum.
 Ergo cum sanctis cæli super arce ministris,
 Laudamus nomen nocte dieq; tuum.
 Et quantas capiunt mortalia pectora grates,
 Ex vno meritis dicimus ore tuis.

Salutaria

XIX.

Salutaria esse hominum animis tota
menta Christi.

O Ptine, quo stillant tua vulnera sancta, cruore
 Pascere ne mentem desine Christe meam.
 Nam tuus infirmum sanguis me seruat & auget,
 Instillatq; animo gaudia læta meo.
 Sanguine Christe tuo sacri gignuntur amores,
 Pellitur obscæne fœda libido rei.
 Hoc quicumq; sitim potu releuauerit ægram,
 Amplius ille sui iam nequit esse memor.
 Ebrius hoc animus parui facit omnia, vasti
 Machina quæ mundi tota, vel æquor habet.
 Et quæ sunt terris, spernit cœlestia curat,
 Solius placito lætus amore Dei.
 O sacer, ô expers finis diuine, potenti
 Quid non imperio maxime cogis amor?
 Induis humano tu Christum corpore cælo
 Deductum, diræ sigis idemq; cruci.
 O cœlestis amor, diuine sacerq; Cupido,
 Inflamma sensus interiora mei:
 Ignibus vt sacris totus quasi cera liquefam,
 Soluar & à membris corporis ipse mei:
 Et sic ad Christum, terreno carcere liber.
 Conscendam pennis astra beata tuis.

C 6

Pro

Pro pia & sancta vita.

Cara Dei soboles, praesens tutela tuorum,
 Qui pura mentis te pietate colunt:
 Da ne quid dicam, vel agam, vel mente volutem,
 Quod possit numen laedere forte tuum.
 Dirige, quaeso, meum diuino numine cursum,
 Ut gradiar rectas te praecunte vias.
 Et quodcumq; boni sanctiq; peregero, totum
 Gratus id agnoscam muncri esse tui.
 Ac statuam terris quaecumq; polorq; geruntur,
 Numine cuncta tuo prospiciente regi.
 Da laudemq; tuam, summig; parentis honorem
 Non dubium vitae praeposuisse, mea.
 Corporis & tandem terreni mole solutus
 Ad caelum cursu liberiore volem.

XXI.

De vi amoris in Christum.

Osacra lux, acer custos tutorq; tuorum,
 Quae tibi, quas grates Christe benigne se-
 Ut, cum cessit ouis nota regione viarum, (ram?)
 Deseruitq; gregem, deseruitq; ducem:
 Per iuga, per sylvas, perq; inuia lustra vagatur,
 Iam cibus immani iamq; futura lupo:
 Sic & ego praiceps ac proinus in omne ferebar,
 Digressus iussa de statione, malum.

Cum

Cum mihi diuini lux verbi clara resurgens,
 Monstrauit rectam, quæ sit eunda, viam.
 Ista mei cœcas animi lux dispulit umbras.
 Incenditq, nouo pectus amore meum.
 Saucius ex illo totus te tempore quaero,
 Incensusq, tui totus amore flagro.
 Mens mea te pridem desiderat ægra videre,
 Amplexuq, tuo liberiore frui.
 Te loquor absentem, te somnio, cogito, spero,
 Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.
 Non aliter flammis mollesco totus amoris,
 Sole liquefieri quàm noua cera solet.
 O recreans mentem lux alma caloribus, omnes
 Ex animo sordes ô sacra flamma coquens:
 Me perge incensum magis & magis vrere, donec
 Tota sit in flammis mens mea versa tuas.

XXII.

Eiusdem cum præcedente argumenti.

CHriste benigne tui tabesco totus amore,
 Nec requies animo iam datur vlla meo.
 Quando tamen cupido tribuis mihi gaudia, quando
 Lumina das vultus conspicienda tui?
 Te viso felix videar mihi factus: Amanti
 Oscula quid, quaeso, ferre moraris amans?
 Te gemo, te sine sine voco, multisq, requiro
 Fletibus, ô animæ sponse pudice meæ.
 Non odisse potes certè tui amore flagrantem,

C c 2

Quam

Quam seruasti animam sanguine Christe tuo.
 Sed mihi cur nondum dextræ coniungere dextram
 Fas est, & lateri conseruisse latus?
 Cur rapido venti mea seruida flamine vota
 Irrita per terras & freta summa ferunt?
 Sed quamuis animus vano mens ardeat igne,
 Ille tamen nunquam desinet esse tuus.
 O suavis Iesu, longè dulcissima res est,
 Incensus sancto si quis amore flagrat.

XXIII.

Pro pacis & concordiae instauratione.

A Quo principium pax & concordia sumit,
 Principioq; carens interituq; Deus:
 Qui pacem terris superata morte relinquit,
 Cœlestis repetens aurea tecta domus:
 En, quem tetra diu tenuit discordia, mundus
 De læto placida sœdere pacis agit.
 Ocia posse putat vitæ tranquilla quietæ,
 Sublata veteri seditione, coli.
 Ecce autem placitum disturbans sœdus Erinnys
 Atroci lites pestilitate serit.
 Tu Deus hoc monstrum monstriq; cuerte ministros,
 Iustaq; de cœlo fulmina sparge tuo.
 Ne tumefacta cohors cristas attollat in altum
 Impia, conatus impediâtq; pios.
 At verbiq; tui studioso & pacis amanti
 Omnia te cedant Christe iubente gregi.

Quod

Quod simul ut cupiant omnes, mecumq; precentur,
 Ipsorum mentes pacis amore reple.
 Néue quis aduersus sacra verba & cognita pugnet,
 Pectora mollifica dura, superba doma.
 Ad qui per tenebras obscuræ noctis oberrant,
 His dona clara cernere luce diem.
 Te solum celebrent omnes, venerentur, adorent,
 Totius immensum quâ patet orbis iter,
 Et pacis viuant coniuncti fœdere, seq;
 Pastoris monstrent vnius esse gregem.

XXIIII.

Ad Christum, ut nos pro beneficijs suis
 gratos esse faxit, ne cum ingra-
 tis pereamus.

Suavis & alme puer, teneris quem continet vlnis
Nescia virgo thori, nescia virgo viri:
 Tunc tui, quæso, cœli grauitate relicta,
 In terram nostri victus amore venis?
 Tunc tua nostro vestiris corpore sponte
 Dignatus seruis omnibus esse minor?
 Ut placidis miseros vlnis amplexus, amoris
 Certa tui nobis oscula signa feras.
 Iusticiæq; tuæ largitus munera, tecum
 Aeterna facias prosperitate frui.
 Cum nos ob primi lapsum noxamq; parentis
 In Phlegethontiacis pœna maneret aquis:
 Assiduis Stygius bellis & fraudibus hostis

Ex omni nobis parte timendus erat.
 Horrida squallebant tenebrarum pectora cœno,
 Impius in nobis terror & error erat.
 At tu nostra Deus clemens incommoda cernis,
 Et nullo dignus sponte dolore doles.
 Nec mora, de medium nostros moriturus in hostes
 Conijcis, & bello Tartara nigra petis.
 Ac primum contra nos nostraq; crimina fixum
 Chirographum deles sanguine triste tuo.
 Hinc mortem vincis ravidam, Stygiq; Draconis
 Imposito calcas colla scelestâ pede.
 Cœlestem repetis patriam, pandisq; salubre,
 Quod nobis Heuæ culpa negabat, iter.
 Concilias patrem, sancti das munera flatus,
 Noticiamq; tui, noticiamq; patris.
 Tu pax es, requies, & aquæ fons ille perennis,
 Unde salus animis corporibusq; fluit.
 Nullius in terris tanta est facundia linguæ,
 Quæ tua, ceu dignum est, dicere facta queat.
 Da tamen ô nobis dulcissime Christe redemptor
 Pectora pro meritis officiosa tuis.
 Ut tibi pro summo dicamus munere grates,
 Laudemus omnes te sine fine dies.
 Optemusq; tibi pariles in amore vicissim
 Mutua diuinis oscula ferre genis,
 Da nobis etiam mentem tua discere promptam
 Cœltus è patrio dogmata lata sinu.
 Ne patre crudelem commoto forsân ad iram,
 In nostrum redeat pœna seuera caput.

Cumq;

*Cumq; malis miserè tristi pereamus in orco,
Quâ pice commixtum sulfure & igne fluit.*

XXV.

Gratiarumactio pro beneficijs
Christi.

*Q*uamquam lingua tibi grates persolvere dignas
Pro meritis possit maxime Christe tuis?
Tu cœlum linquens, nostri devictus amore,
Indutusq; hominis corpus & ossa Deus?
Factus es in terris contemptior omnibus vnus,
Qui sint mortali semine cunq; sati.
Solus languores nostros miserosq; dolores
Portasti, summo cœsus ab ipse Deo.
Te colliserunt humana crimina gentis,
Te peccata feræ nostra dedere neci.
Pax foret vt nobis, pœnæ te subiycis vlro,
Quæ nobis demto sine luenda fuit.
Vulnere nostra tuo coicrunt vulnera, salui
Iam sumus, ic̃ta tua mors fera morte iacet.
Nos vt oues quondam seduxerat impius error,
Tu cœlestè humeris nos ad ouile refers.
At cum pro nobis mortem patereris acerbam,
Ne mutire quidem visus es, instar ouis.
Gloria Christe tibi, laus sit tibi summa redemptor,
Parta fuit nobis quo moriente salus.
Diuini nobis dona sacra munera flatus,
Qui memores faciat nos necis esse tuæ.

Pro meritisq; noua grates tibi reddere vitæ,
Sinceraq; tibi quæ placet vna, fide.

XXVI.

Precatio ad Sacramentum absolutionis
& cœnæ Dominicæ accedentium.

Agne Dei, rosec qui crimina nostra cruore
Lauisti, factus victima sacra patri:
Ad te sollicito concurrimus vndiq; passu.
Qui tua nos vltro tecta subire iubes.
Tute vocas omnes, trepidis solatia præstat,
Et desperatis spem veniamq; reis.
Promittis fessis vitiorum mole leuamen,
Das animis veras corporibusq; dapes.
Ergò tuo moti iussu bone Christe venimus,
Poscentes medicam, quam profiteris, opem.
Erige tranquillis trepidantia pectora verbis,
Indignosq; tua nos bonitate iuua.
Mille quidem vitijs iustam tibi fecimus iram,
Sed tu desertos ne patiare tuos.
Quanta foret moles tellus conflata polusq;
Tanto nos scelerum pondere torquet onus.
Hoc igitur placeat depressos fasce leuare,
Ut posthac simus libera turba tibi.
Concilia patrem, te sancti munera flatus,
Qui faciat massas pectora nostra nouas.
Et iam nos dapibus vacuos amor vrget edendi,
Et multa siccos arridate sitis;

Ergò

Ergò tuam petimus mensam, ieiunia pasce
 Nostra, salutare suppeditando dapes.
 Quippe tuum corpus cibus est, & potio sanguis,
 Quæ simul & mentes & benè corpus alunt,
 Qui semel hoc fuerit pastus potuq; ciboq;
 Perpetuò nullam sentiet ille famem.
 Da nobis etiam saturis, pro munere tanto
 Ut simus grati mentibus, ore, manu.
 Laus tibi nate Dei, tibi gloria Christe redemptor,
 Sanguine qui cupidos pascis alisq; tuo.

XXVII.

Precatio pro conuersione.

Sicut oues vero timidae pastore carentes
 Per iuga, per sylvas, perq; vagantur agros;
 Sic nos illecebris fœdaq; cupidine carnis
 Errorum sparsi lata per arua sumus.
 At tu, qui summi sapientia summa parentis,
 Et Deus es genitus de genitore Deo:
 Respice nos clemens, nostri miserere, tuasq;
 Dispersasq; passim quare, precamur, oues.
 Et super impositas humeris ad ouile reporta,
 Sunt vbi doctrinæ pabula sacra tuæ.
 Da quoque diuinum, numen vegetabile, flatum,
 Æternum tecum cumq; parente Deum:
 Qui nos perpetuò flectat, regat, atque gubernet,
 Et foueat motu pectora nostra suo.
 Semper in atherco quò permaneamus ouili,

*Carpentes verbi pabula sancta tui.
Inq; poli tandem suprema gaudia sede
Inter coelestes summa feramus oues.*

XXVIII.

**Precatio ad Spiritum sanctum pro Christi
agnitione, & noua vitæ ratione.**

Sancte veni flatus caelo delapsus in alto,
Huc afflictorum dulce leuamen ades.
Tu solus tristes curarum pellere nubes,
Et mentis luctus attenuare potes.
Affer opem praesens, animisq; illabere nostris,
O requies animæ delictumq; pia.
Frigentes flaminis mentes accende tuorum,
Et sensus aura viuificante moue.
Excoque pectoribus vitiorum quicquid inhaeret,
Detq; pudicitiae scæda libido locum.
Suppeditet nobis tua munera gratia largè,
Gratia, quæ nullum nouit habere modum.
Da cognoscamus Christum Dominumq; Deumq;
Quaq; fuit nobis reddita vita, necem.
Da veteris sordes vitæ ponamus & umbras,
Et vitæ melius suscipiamus iter.
Ac normam vitæ sortes tueamur honestæ,
Donec in hoc aliquis corpore sensus erit.
Ne rebus capti vanis erremus, & atrox
Spiritus in laqueos nos agat inde suos,
Tu dux ergo tuis, columenq; Libantibus esto,

Da nobis

Da nobis Christum, qui via, vita, salus.
 Tu rege, pascere, foue, moderare, tuere, gubernare,
 Actum est, si tu nos deseruisse veles.
 Sed ne desertos fieri patiare, rogamus,
 Per tua, per nati numina, perq; patris,

XXIX.

Contra spiritum immundum.

Spiritus alme Dei, rerum vegetator & autor,
 Accipe quas humili fundimus ore preces.
 Numinis ecce tuae foeda sacra templa profanus
 Spiritus innumeri fons & origo mali.
 Dux mundi, latro, mendax, homicida piorum,
 Seductor, scelerum nequitiaeq; pater.
 Qui summis primum donis spoliauit Adamum,
 Quo trahimus miserum de genitore genus.
 Ut leo sparsa fremens latos armenta per agros,
 Sic rabidus templum circuit ille tuum.
 Captat oues Christi preciosa morte redemptas,
 Pascua lethali lurida felle facit.
 Corruptit nobis omni tua munera pacto,
 Et quocunq; potest parte nocere, nocet.
 Nunc factis abigit turmis armenta piorum,
 Nunc superiniecto concremat igne greges.
 Nunc tempestates ciet, atq; in praelia ventos
 Cogit, & hinc Eurum concitat, inde Notum;
 Atq; his conuellit turres & tecta domorum,
 Opprimat & natos gaudia sola patris.

Ant

Aut etiam morbis sanctorum corpora foedat,
 Exhalans nocuam transitione luem.
 Hæc Acherontiaci contra fera tela Draconis,
 Sancte Dei flatus (nam potes) affer opem.
 Da nobis scutum fidei, galeamq, salutis,
 Sæua quibus Satanæ tela repulsa cadant.
 Effugit vt volucris laqueos, ita Dæmonis acres
 Da nobis vigili mente cauere dolos.
 Rebus in aduersis, quoties tentamur, adesse
 Præsenti nobis robore vig, velis,
 Ne blandis recto ducat de tramite verbis,
 Inq, suum captos postea rete trahat.
 Hæc ó hæc prohibe fieri sanctissime flatus,
 Præsidio tuti simus ab hoste tuo.
 Sic tibi perpetuo dicentur carmine grates,
 Et tuus æterna laude feretur honos.

X X X.

Pro pellenda humanæ mentis igno-
 rantia.

ERrantis ductor mentis, patris ignee spendor,
 Inflamma radijs frigida corda tuis.
 Obscuri densas animi dispelle tenebras,
 Nos ipsi tenebris densior vmbra sumus.
 Tu nisi nos vera modereris luce, tuog,
 Ingenij præsens numine sensa regas :
 Omnia nos fugiunt, neq, rem cognoscimus vllam,
 Te sine nostra nihil mens ratioq, videt.

Munere

Mūnere nostra tuo supremum pectora norunt.
 Qui tenet alta, Deum, qui regit ima, patrem.
 Ipsius vnigenam, lumen de lumine, natum
 Nouimus æqualem te perhibente, Deum.
 Te cum patre Deum pariter natoq, coæuum,
 Concita mens credit numine nostra tuo.
 Credimus in trino vos vnum numine numen,
 Quod sine principio, quod sine fine manet.
 Per te, perq, suum fecit pater omnia verbum,
 Quæ mare, quæ tellus, quæ polus altus habet.
 Filius est vitæ reparator & autor ademtæ,
 Tu vegetatoris nobile munus habes.
 Omnia perpetua sine te caligine squallent,
 Et quasi sub cæca condita nocte iacent.
 At tu Lethæam sacra face discute noctem,
 Luminag, auricomi solis amanda refer.
 Ne spes fortè, boni specie, nos credula fallens
 A recto faciat vertere calle pedes.
 Aut ne præcipites nos impius auferat error,
 Humanamq, leues quærere cogat opem.
 Sed quæ sola Deo reddenda est gloria soli,
 Reddatur soli gloria sola Deo.
 Laus etiam nato tribuatur iusta, tibiq,
 Debitus ex merito persoluatur honoꝛ.

XXXI.

Vt in via veritatis conseruemur.

Qui sum

Qui super alta maris volitabas stagna, priusquam
 Staret in excelso Lunae Solue polo:
 Te mihi diuino praesentem numine praebere,
 Exaudiq; meas spiritus almae preces.
 Da mihi nosse, patris quae sit diuina voluntas,
 Qui caelos habitat, quodue salutis iter.
 Te duce si quicquam rectiq; boniq; peregi,
 Si rectas iui te praeeunte vias:
 Ardor hic aethereas da ne vanescat in auras,
 Sed magis accrescat, quotidieq; magis.
 Sin mala fucata deceptus imagine feci,
 Et cessi rectae de regione viae:
 Tu mihi per tenebras erranti noctis opacas
 Exoriare sacro luminis igne tui.
 Ex animoq; meo caliginis ablue caenum,
 Ut videam rectum, per quod eatur, iter.
 Tu via, tu lux es, tu vita salusq; piorum,
 Quae facienda mihi, quae fugienda, doce.
 Numine tu sancto rege me, moderare, gubernas,
 Te sine nil hominum cura laborq; valet.

XXXII.

Pro vitae gubernatione.

VT custode carens puer & monitore tenellus,
 Inscius ipse sibi magna pericla creat:
 Sic ego, ni praesens me numinis aura gubernet
 Diuini praecipis in mala cuncta ruam.
 O sacer, o clemens, o suavis spiritus, igne
 Inflamma

Inflamma & sacro pectus amore meum.
 Illustra tenebras, & labes excog, mentis,
 Ex animo dele noxia quæq, meo.
 In te sim letus, te propter cuncta relinquam,
 Te propter spernam flumina fulua Tagi.
 Quicquid opum, quicquid gemmarum, quicquid ho-
 Machina totius continet ampla soli: (norum
 Omnia postponam tibi, te super omnia quæram,
 Cum Christo nôrim cumq, parente Deum.
 Æternum timeam patrem venererq, sit eius
 Cara magis dulci gloria luce mihi.
 Seu me culta nouis delectant frugibus arua,
 Seu suauis florum præca colore iuuant.
 Seu per arenosas decliui margine ripas
 Perlabens vitreis me iuuat amnis aquis.
 Illicò se rebus mea vox garrula creatis
 Erigat, autorem concelebretq, Deum.
 Flumina, campus, ager, lucus, Sol, sidera, Luna,
 Præsentem ostendant propitiuq, Deum.
 Hinc ego sim comis, dem nulli damna sed omnes,
 Qua modo cunq, datur parte iuuare, iuueni.
 A vitio viuam sincerus & integer omni,
 Æratisq, Deo tempora carus agam.
 In cœli tandem supremi templa relatus,
 Læticia optata perpetuaq, fruatur.

XXXIII.

Pro studiorum gubernatione, & diuini
 nominis confessione.

Terrarum

Terrarum varias gentes qui cogis in vnam
 Munere linguarum, spiritus alme, fidem:
 Vnita Triadis qui pars es tertia, verus
 A nato veniens & genitore Deus:
 Huc ades, atq; animis clemens illabere nostris,
 Inflammans facibus frigida corda tuis.
 Antiquæ segetem radicitus erue culpæ,
 In nostro motus, comprime corde malos.
 Ut sint è nobis multi qui mystica Christi
 Sincerè possint verba docere rudes.
 Aduerso nobis solatia tempore præbe,
 In rebusq; tuam tristibus asser opem.
 Infirmis vires & magnum suffice robur,
 Pectoraq; instaure numine nostra tuo.
 Oraq; da nobis vnum resonantia Christum,
 Et verbum intrepido corde professa Dei.
 Ut, quamuis cæco mundus stimulante furore
 Sæuiat, & contra nos fera bella gerat:
 Cum duce te nobis fuerit victoria parata,
 Perlatumq; genus fortiter omne mali:
 Æternæ nobis cœlestia præmia vitæ
 Cœrulei supera dentur in arce poli.

XXXIII.

Pro peccatorum remissione, & Spiritus
 sancti donatione.

Cum patre, cumq; sacro flatu, qui cuncta guber-
 nas;

Qui

Qui par spiritui, par es honore patri:
 Christe, tuo populi miserere cruore redempti,
 Et nobis clemens omne remitte nefas.
 Qui tot delictis in te peccasse fatemur,
 Quot vehit astra polus, quot mare voluit aquas.
 Singula si resceas ad viuum iudicis instar,
 Ante tuum iustus quis queat esse thronum?
 Omnia quis nouit delicta, quis omnia sentit?
 Cor, manus, os peccat, nil nisi culpa sumus.
 Precipites nimium lapsus ad crimen habemus,
 Inq. malum flecti cerea turba sumus.
 At tu diuini nobis da munera flatus,
 Qui regat ad nutum pectora nostra suum.
 Vt vitis reliquo viuamus tempore puri,
 Et nobis verbum sit via certa tuum.
 Ac super æthereo tandem capiamus olympo
 Inter cœlestes gaudia vera choros.

XXXV.

Germanicum Lutheri: Erhalt ons
 H E R R / etc.

DA seruaq. tuum nobis Deus optime verbum,
 Et cohibe Turcam sacrilegumq. Papam:
 Qui statuere tuo natum de pectore Christum
 De maiestatis pellere sede suæ.

D d

Exere

L I B E R

Exere Christe tuas presenti numine vires,
 Quo Dominus nemo fortior esse potest.
 Et defende tuum nomen, verbumq; professos,
 Ut celebrent laudes secula cuncta tuas.
 Spiritus alme Dei, solator magne tuorum,
 Da concors populo cor studiumq; tuo.
 Atq; in postremo præsto sis mortis agone,
 Et nos in vitam duc super astra novam.
 In terris etiam nostris & tempore nostro
 Concedas pacis dona beata Deus.
 Nam sine te non est belli dux fortior alter,
 Pro nobis valida qui ferat arma manu.

XXXVI.

Pro felici loci mutatione.

Qui quondam fueras per multa pericula custos
 Et comes Isacidae Thaxiadaq; Deus:
 Cum peterent alio terras sub Sole iacentes,
 Auxilijs freti pollicitisq; tuis:
 Huc ades, & cæptis feliciter annue nostris
 Prosperaq; auspicio sit via nostra tuo:
 Dum peto Goldbergam patria tellure relicta,
 Et quocunq; vocas, ad data fata sequor.
 Angelus ille tuus qui duxq; comesq; Tobie
 Extitit, ignotam quando petebat humum:
 Me quoq; deducat cum prole & coniuge saluum,
 Et per longinquum nos tueatur iter.



Da deinde auxilium, sit vt hac mutatio felix,
 Cedat & in laudem nominis illa tui.
 Officio crescat felix Ecclesia nostro,
 Adiuuet & celebrem lectio nostra scholam.
 Cetera sponse dabis, vitæ quibus indiget vsus,
 Hæc pater est voti summa caputq; mei.

A M E N.

P R I M I LIBRI FINIS.



D d 3

IOHAN.

IOHANNIS CLAI
HERTZBERGENSIS
PRECATIONVM

Liber Secundus.

I.

Precatio matutina.

COEca tenebrose noctis caligo recedit,
Fessa sub æquoreas astra seruntur aquas.
Phosphorus emersus pelago, cælog, resurgens,
Iamiam venturam nunciat ecce diem.
Et simul hortatur lectis nos vota relictis
Ad superam solito fundere more domum.
Luminis ergo patrem sincera mente profectis
Oremus precibus, depositoq, genu:
Ut, velut auricomi fulgenti lampade Solis
Æthereæ lustrant splendida tecta domus:
Sic nostras cœca mersas caligine mentes
Diuino flatus impleat igne sui.
Qui vitio puros & nulla labe notatos
Per tenebræ mundi ducat ad astra poli.
Sitq, idem præsto nobis, ut quicquid agamus,
Vnius laudes spectet id omne Dei.
Fac rata summe parens hæc vota, precesq, tuorum,
Qui colimus vero nomen honore tuum.

Precatio

II.

Precatio meridiana.

Sidere Sol rapido suprema cacumina cœli
 Percurrit, radijs alma calescit humus.
 At tu summe pater mentes accende precantum
 Frigidulas sacro luminis igne tui.
 In nostris tantus da mentibus ardeat ignis,
 Cor tanto nostrum flagret amore tui:
 Vt quicquid totus rerum complectitur orbis,
 Præ solo nobis sordeat omne Deo.
 Nullaq; vis tantum restinguere possit amorem
 Sed crescens alti transuolet astra poli.
 Atq; ibi perpetuo nos tecum fœdere iungat,
 Fœdere, quod possit soluere nulla dies.
 Has tibi summe Deus cœli terraq; creator
 Ardentes humili fundimus ore preces.
 Tu clemens dextro pia numine vota secundes,
 Sic opus in laudes desinet omne tuas.

III.

Precatio vespertina.

Hesperus Oceani liquidis egressus ab undis,
 Incipit obscura condere nube diem.
 At nos oremus lucis prece supplice parem,
 Ne sinat æterna pectora nocte tegi.
 Seu dulcis fessos requies complectitur artus,

D d 3

Seu

Seu linquit gratus lumina nostra sopor:
 Cordibus à nostris nunquam lux sancta recedat.
 Sed lustret radijs non sine fine suis.
 Ignibus ut sacris semper flagremus, & illas
 Pectore nulla queat vis abolere faces.
 Conditor ó cæli, terræ, pelagiq; precantum
 Feruida propitius suscipe vota Deus.
 Et quicquid loquimur, sensu reuoluimus imos
 Da bonus ut laudes spectet id omne tuas.

IIII.

Exeuntium è schola hendeca-
 syllabi.

GRates pro meritis tuis creator
 Ex vno tibi dedicamus ore.
 Quòd vita miseris frui dedisti,
 Et nos quotidie foues alisq;
 Atq; ornas annos subinde nostros
 Doctrina, pietate, moribusq;.

Da dotes animi datas & artes,
 Ceu mandant tua verba, conferamus;
 Ut per nos tua laus honorq; crescat,
 Nec non commoda proximi iuuentur.
 Has tu summe parens poli Soliq;
 Per Christum iubeas preces valere.

Exeunt

V.

Exeuntium è schola hymnus, Sapphico carmine.

Dicimus dignas tibi Christe grates,
Quod sinis nostros animos benigne
Imbui vera pietate sancti

Voce ministri.

Instruis docta rude pectus arte,
Et feros mores animo repellis,
Et tui donas preciosa nobis

Munera flatus.

Da tui nostris studijs honores
Ut per immensum celebrentur orbem,
Proximi per nos simul augeantur

Commoda nostri.

Per tuam mortem petimus redemptor,
Per tuum victor petimus triumphum,
Tu pijs vultu facili tuorum

Annue votis.

VI.

Precatio pro pio & felici vitæ studiorumq; curriculo.

O mundi fabricator vniuersi,
Et clemens dator omnium bonorum:

Nos sancto rege spiritu, precamur,
Ut vitam peragamus hic honestam.

D d

Te nostra

1. Te nostræ timeant amentq; mentes,
Te solum venerentur inuocentq;
2. Abs te consilium petant opemq;
Pendentes bonitate de paterna:
Et post sint memores, agantq; grates
Hymnus auxilium tuum canentes.
3. Estos inde dies sacros agamus,
Et sanctum meditemur vsq; verbum.
4. Tum nobis in honore sint parentes,
Hos castè vereamur, & colamus.
Hinc quos imperium iubet tenere
Amplectamur, & his obediamus.
5. A nobis procul absit ira, liuor,
Controuersia, iurgium, simultas.
6. Absint illiciti procul furores,
Inconcessus amor, thoriq; labes.
7. Argenti fugiat fames & auri,
Contenti proprijs iuuenus omnes:
8. Absint inuidiæ, calumniæq;
9. 10. Atq; omnis vitiosa flamma cordis.
Progressu studium volet secundo,
Sit felix iter hoc, & actiones.
Et tandem labor eruditioq;
Sit laudi tibi, commodog; multis,
Qui cœli super axe te canentes
Nobiscum venerentur, Amen, Amen.

Gratiarum.

VII.

Gratiarum actio ad DEVM, pro crea-
tione, redemptione, Spiritus sancti
donatione.

DEV Sparens ex intimis
Grates tibi præcordijs
Persolvimus pro plurimis
Tua profectis dextera.
Primum quidem, quod ad tuam
Nos condidisti imaginem,
Plenos amore numinis,
Et spe fideq, præditos,
In castitate pectoris,
Et mentis innocentia.
Deinde cum iam plasmate
Aspererat labem tuo
Dæmon pater mendacij,
Et noster hostis & tuus:
In gratiam tu pro tua
Nos suscipis clementia,
Et filium iubes tuum
Nostro mori pro crimine,
Et patris iram solvere,
Ipsamq, mortem vincere.
Ut quisquis hunc amplectitur,
Et totus huic inrititur,
Vitæ beatæ particeps

Dd s.

Sit,

LIBER

Sit, atq; saluus perpetuus
 Et insuper firmissimè
 Ut hoc queamus credere,
 Demittis in nostras tuum
 Mentis benignè spiritum
 Nobis satis dans de tua
 Hoc arrhabone gratia,
 Quò roborati liberè
 Clamamus ó abba pater,
 Totosq; nos arbitrium
 Accommodamus ad tuum
 Laus ergo, virtus, gratia,
 Sit hoc tibi pro munere,
 Eoq; nos diu frui
 Sinas precamur supplices.

VIII

Oratio Dominica, eodem genere
carminis.

DEVS potens, noster parens,
 Cæli sedens in æthere:
 Da nomen in terris tuum,
 Sanctè colatur omnibus.
 Et appropinquet indies
 Magis & magis regnum tuum.
 Fiat voluntas hic tua,
 Ut sit bonis ab angelis.
 Victum da quotidie.

Ad has



*Ad hæc alenda corpora ,
 Remitte nobis debita,
 Ut proximo remitimus.
 Nec Dæmonis vaserrimæ
 Nos obruat tentatio.
 Sed libera nos à malo
 Vitæ beato termino.
 Regnum tuum est vis, gloria,
 In seculorum secula.*

IX.

*Precatio quotidiana è schola
 exeuntium.*

Laus sit Cbriste tibi summi patris vnice fili.
 Quòd nos donasti cognitione tui.
 Quodq; facem verbi nobis accendis & artes,
 Quæ tenebris mersæ delituere diu :
 Tempore Papatus sacra Biblia spreta iacebant,
 Qui poterat nugæ spargere, doctus erat.
 Æquiuocum quisquis poterat componere versum,
 Ille Poëtarum tunc quasi lumen erat.
 Græcæq; qui legeret libris inserta latinis,
 Ille peritus eo tempore Græcus erat.
 Nunc fruimur claro cœlestis lumine verbi,
 Et doctrinarum nunc genus omne viget.
 Nunc sermo floret Romanus, Græcus, Ebræus,
 Doctoz; disparibus carmina facta modis.
 Ut rudis esse queat nemo, nisi negligat ipse,

Et finat

Et sinat ignavos præterisse dies.

Hoc igitur tanto grates pro munere semper

Dicimus (vt par est) Christe benigne tibi.

Teg³ rogamus item, nobis clementer vt adsis,

juuet Auxilioq³ viues nos studiumq³ tuo.

Nos, quorum curæ puerilis creditur ætas,

Simus in officio, qua decet esse, fide.

Tradamus pueris præcepta fideliter artis,

Et studium morum, noticiamq³ tui.

Exemploq³ ipsis semper præeamus honesto,

Ne noceant tenero crimina nostra gregi.

Discipuli verò studeant parere Magistris,

Publicaq³ attento pectore dicta notent.

Vt sic excipiat cursum tua gloria nostrum,

Et studium laudi seruiat omne tuæ.

Hoc simul oramus discentes atq³ docentes,

Tu sine Christe pias pondus habere preces.

X.

Alia precatio finita lectione
recitanda.

Q^{ui} medios inter doctores Christe sedebas,

Exuperans summos dexteritate viros.

Da te sectemur cœlestia verba docentem,

Quæ monstrant veram, quæ sit eunda, viam.

Et sit dulce tuo pendere frequenter ab ore,

Et cupido voces corde tenere tuas.

In studijs etiam solertes simus honestis,

Quæ

Quæ nobis verbi sunt quasi vasa tui.
 Et quæ scripta bonis passim de moribus extant,
 Sit nobis semper maxima cura sequi.
 Conemurq; piam prorsus traducere vitam,
 Conformem iussis optime Christe tuis.
 Et quodcumq; agimus, vel mento reuoluimus ima,
 Solius laudi seruiat omne tuæ.
 Illud vti fiat, da nobis munera flatus,
 Æqualis tecum cumq; parente Dei.
 Nos & nostra suo qui numine facta gubernet,
 Legimus vt sanctis conuenienter eant.
 Vt, velut in teneris quondam tu paruulus annis
 Carus eras homini, carus itemq; Deo:
 Sic etiam sanctæ propter pietatis amorem
 Nos adament homines, nos amet ipse Deus.
 Ac super æthereo tandem capiamus Olympo
 Præmia, iustorum quæ bona facta manent.
 Nam vitam æternam tua per sacra vulnera scimus
 Non nostris meritis aut pietate, dari.
 Audi Christe preces imò de corde profectas,
 Et, quod speramus, pondus habere sine.

XI.

Precatio vespertina.

EX vno grates agimus tibi corde creator,
 Ex vno laudes dicimus ore tuas.
 Quod nos totius defendis tempore vitæ,
 Atq; in tutelam suscipis vsq; tuam.

Quæ

ue



Quæsumus vt patria nobis bonitate remittat
 Si lasit numen vita proterua tuum.
 Et iam per noctem præsens nihilominus istam
 (Ceu prius) angelico nos tueare choro.
 Vt mala, quæ nobis princeps intentat Auerni,
 In nihilum recidant, dispereantq; doli.
 Nam tibi nos ipsos & res concedimus omnes,
 Præsidio tuti possumus esse tuo.

XII.

Meditatio cubitum euntium.

Mors soror est somni, cui nos permittimus omnes
 Turbaq; dimidia mortua parte sumus.
 At tu nate Dei pro nostra passe salute,
 In cuius posita est vitaq; morsq; manu:
 Vt tribuit nobis discusso surgere somno,
 Et reducem clara luce videre diem:
 Sic quoq; nos olim facias à morte reductos
 Transire ex istis in meliora locis.

XIII.

Alia carmine Adonico.

N os tibi rerum	Quod voluisti
Summe creator,	Nos hodierna
Corpora somno	Luce, fidelis
Nostri daturi,	More parentis,
Dicimus vno	Omnia contra
Pectore grates.	Damna tueri.

Et repit.

Et reputantes
Singula longa
Acta diei,
Qua sumus omnes
Crimina nobis
Cuncta remittas.

Iamq; per huius
Tempora noctis
Rursus, ut antè,
Nos tuearis,
Vsque paterno
Plenus amore,

Sanctus vbiq;
Angelus adsit,
Castraq; circum
Nos sua ponat,
Et furibundum
Arceat hostem.

Ut redeuntis
Tempora lucis
Intueamur,
Et super axe
Non percunt
Luce fruamur.

XIIII.

Oratio Dominica, eodem genere
carminis.

O Pater alti
Reclor Olympi;
Da tua sanctè
Nomina toto
Orbe colantur.
Et tua regni
Non pereuntis
Sceptra propinquent.
Sic tua terris
Sancta voluntas
Fiat apud nos,
Ut sit in axe,

Da quoq; panem
Quotidianum,
Quicquid & ista
Vua requirit.
Debita nobis
Omnia dona,
Ut quoq; nostrum
Quisq; benigno
Corde remittit
Debita fratri.
Ne sine nostra
Improbis hostis

Reclora

Pectora vincat
 Cum sua nobis,
 Ceu leo frendens,
 Retia tendit.
 Sed tua nobis
 Dexterâ damno
 Adsit in omni.

Detq; beatum
 Deniq; finem:
 Nam tibi regnum,
 Et decus omne,
 Atque potestas
 Competit vni,
 Omne per æuum.

XV.

Alia, carmine dactylico dimetro
 hypercatalectico.

OMnipotens genitor,
 Omnipotens genite,
 Spiritus omnipotens,
 Unice, trine simul:
 Laudibus vnanimis
 Te DEVS efferimus.
 Quod bonitate tua
 Nos, licet immeritos,
 More parentis amas:
 Et, quibus hæc hominum
 Vita carere nequit,
 Omnia suppeditas.
 Quæsumus ô animis
 Supplicibus genitor,
 Compositis manibus
 Depositog; genu:
 Propitius miseris

OMIA

Omne remitte nefas.

Nec tua nos ideo

Gratia destituat,

Qua sine nil fragiles

Efficiunt homines,

Qua sine nil fieri

auxiliante potest.

Nocte dieq; tuus

Angelus excubias

Agmine pro tenuis

Irrequietus agat,

Ne dare damna queas

Terribilis Satanas.

Namq; tuæ fidei

Credimus, inq; tuas

Omnia nostra manus.

Tu potes auxilium

Ferre, feresq; DEVS:

Te sine nulla salus.

XVI.

Oratio Dominica eodem genere
carminis.

O DEVS alme parens

Qui super axe sedes:

Da celebrent homines

Nomen vbiq; tuum.

Imperij, veniant

Es

Sceptra

Sceptra beata tui.
 Quod tibi cunq; placet,
 Sicut in æthereis
 Fit super axe plagis,
 Nos faciamus item.
 Corpora nostra cibus
 Quotidianus alat.
 Crimina propitius
 Nostra remitte DEVS,
 Ut quoq; nos alijs
 Spontè damus veniam.
 Nec sine nos nimium
 Tentet vt hostis atrocè
 Sed magis eripias
 Nos pater alme malis.
 Sunt tua regna, tuum
 Robur & omne decus,
 Quæ sine principio,
 Et sine fine manent.

XVII.

Alia, Iambico dimetro, rythmicè.

Rector supreme siderum,
 Rerum creator omnium,
 Grates tibi persoluimus,
 Tuasq; laudes pangimus.
 Quod nos creasti, quod foues,
 Quod cuncta nobis exhibes:

Quod

Quòd patris instar nos amas,
Per filiumq; liberas:
Et quòd tuo nos flamine
Purgas ab omni crimine.
Et angelorum fortibus
Vallas vbiq; cœtibus,
Ne Dæmonis vaserrimæ
Nos obruant astutiæ,
Qui circuit patentibus,
Instar leonis, faucibus,
Queritq; quem dilaniet,
Famelicusq; deuoret.
Oramus ô pater tuum
Carissimum per filium,
Remitte nobis omnia
Quæ perpetramus crimina;
Nec propter illa reijce
Nati redemptos sanguine.
Nec aufer à nobis tuum
Sanctum deinceps spiritum;
Nec destitutos angelis
Sub iura mitte Dæmonis.
Sed nocte nos hac protege,
Totoq; vitæ tempore.
Et cœlitum tandem pia
Nos transfer inter agmina,
Vt tunc in æternum tuam
Canamus illic gloriam.

Ec 2

Oratio

Oratio Dominica simili rythmico
carmine.

COEli gubernator potens,
 Noster creator & parens,
 Da nomen in terris tuum
 Colatur omnibus sacrum,
 Et appropinquet inclyta
 Regni tui potentia.
 Et hic voluntas in solo
 Fiat tua, vt sit in polo.
 Nobis cibum quotidie
 Manu benigna iuggere.
 Nobisq; condona scelus,
 Vt proximo remittimus.
 Ne opprimatur Diemoni
 Astu latenter & dolis.
 Sed à malo nos libera.
 Et regna transfer in tua.
 Nam laus, decus, potentia
 Tua est Deus per secula.

XIX.

Preces ante cibum.

Huc ades rerum pater & creator,
 Et redemptor Christe, sacerq; status,
 Vnus in trino D E V S inuocande,
 Trinus in vno,

Et dapes

Et dapes nobis facito salubres,
 Ac tuo mentes quoq; pascere verbo,
 Et tuis natis pater vniuersis
 Prospice rebus.
 Laus, decus, virtus, honor, & potestas,
 Te decet solum super axe cœli,
 Qui Deus semper sine fine regnas
 Omne per æuum.

X X.

Oratio Dominica eodem genere
 carminis.

O Deus cœlo, residens in alto,
 Qui pater gaudes hominum vocari,
 Da tuum sanctè celebretur omni
 Nomen in orbe.
 Fac tuum regnum veniat sacratum,
 Fiat in terris tua sic voluntas,
 Sicut in cœlo fit ab angelorum
 Agmine semper.
 Da cibum panemq; quotidianum:
 Debitum nobis placidè remitte,
 Sicut & nostrum sua quisq; fratri
 Crimina donat.
 Nos supra vires neq; tentet hostis:
 Sed malo tandem eripe nos ab omni,
 Nam tuum regnum est, decus, & potestas,
 Omne per æuum.

Ec 3.

Preces

Preces post cibum.

GRates omnipotens tibi creator
 Pro donis agimus pias tributis.
 Quod nos pascis aliq; perbenignè
 Et das omnia, quæ requirit vsus.
 Sic porro facias, tuosq; cures,
 Laus, virtus tua sit, decusq; semper.

XXII.

Oratio Dominica eodem genere
 carminis.

IN cælo residens Deus supremo,
 Qui gaudes hominum pater vocari:
 Nomen ritè tuum fac vt colamus,
 Et regnum veniat tuum sacratum.
 In terris tua fiat hic voluntas,
 Vt suprâ sit ab angelis in axe.
 Panem des hodie quotidianum,
 Et quæcunq; necessitas requirit.
 Et nobis quoq; debitum remittas,
 Situt nos alijs sumus benigni.
 Nec nostram Satan is fidem retundat,
 Cum nos aggreditur latentes astu.
 Sed nos eripe valle lacrymarum,
 Et sedes fer ad ætheris beatas.
 Nam regnum, decus, omnis & potestas
 Debetur tibi seculum per omne.

Benedictio

XXIII.

Benedictio Mensæ, quæ in Catechismo Lutheri extat.

Qua viuunt, oculos ad te Deus, optime tollunt.
Et tu das illis, cum venit hora, cibum.

Munificam pandis proluxo pectore dextram,
Ac imple animal dotibus omne tuis.

Quæsumus ergò tui bonitatem numinis almam,

O æterne parens. omnipotensq; Deus;

Vt clemens facias hæc dona salubria nobis,

Quæ capimus, manibus suppeditata tuis.

Per Iesum Christum Dominum, qui sanguine fuso

Nos ex æterna morte redemit, Amen.

XXIIII.

Oratio Dominica, eodem genere carminis.

Alme parens noster, residens super æthere caeli.
Da nobis nomen sanctificare tuum.

Sceptra tui veniant regni: Tua sancta voluntas

Sic fiat in terris, vt sit in axe poli.

Quotidiè victum nobis tribuas & amictum.

Et quibus in vita scis opus esse pater.

Da scelerum veniam clementi pectore nobis,

Vt nos hanc alijs corde libente damus.

Nec sine tentemur suprâ quàm ferre queamus.

Sed finem cunctis deniq; pone malis.

E e 4

Namq;

Namq; tuum est regnum, tua rerū tota potestas,
Atq; per æternum gloria tempus, Amen.

XXV.

Consideratio orationis Dominicæ.

Qui sua vœra Deo vult exaudita probari,
Et non hæc rapidos irrita ferre Notos:
Is videat, ne quid vel agat, vel rursus omitat,
Quod non cum precibus conuenienter eat.
Tu pater ó noster, dicis, sunt ergo sorores
Et fratres, quos Sol cernit ab axe, tui:
Utq; Deum tibi propitium cupis esse, benignum
Te quoq; sic erga quamlibet esse decet.
Esse Dei nomen sanctum petis: Ergo, caueto,
Blasphemos iaciat ne tua lingua sonos.
Aduentare Dei regnum cupis: Ergo parata
Sit tua mens, in qua gaudeat esse Deus.
Si petis, vt fiat semper diuina voluntas,
Cur fers impatiens, quæ dat acerba Deus?
Quotidie poscis vitæ quibus indiget vsus,
Cur igitur curis mens tua pressa iacet?
Cur tibi rem cumulas positus in fœnore nummis,
Tanquam perpetuas sis habiturus opes?
Debita si supplex oras tibi cuncta remitti,
Debita ne pergas accumulare caue:
Placatuq; tuo fratri delicta remitte,
Si quo te forsan læserit ille modo.
Non vis tentari: Tibi cur peccando licenter
Corporis

Corporibus atq; animæ certa pericla creas,
 Deniq; concludens animi prece supplice poscis,
 Ut miser à cunctis eripiare malis:
 Cur metuis mortem, cum, donec in orbe moraris,
 Hic finis cuncti non queat esse mali?

XXVI.

Gratiarum actio post sumtum cibum,
 quæ itidem extat in Catechesi
 Lutheri.

Perpetuas Domino nobiscum dicite laudes,
 Cuius in æternum bonitas & gratia durat.
 Qui victum carni clementer suggerit omni,
 Sponte sua tribuit iumentis pabula brutis,
 Et dat coruorem pullis implumibus escam,
 Cum querulos edunt gemitus à matre relictis.
 Non delectatur vel equi ceruice ferocis,
 Vel magnis hominum membris, validūq; lacertis:
 Sed vehementer amat metuentes numinis omnes,
 Inq; Dei magna sibi spem bonitate locantes.
 Ergo tibi meritas agimus Deus inclyte grates,
 Per Iesu Christi sanctissima nomina nati,
 Pro donis istis, quæ iam percepimus ore,
 Innumerisq; alijs abs te iam sæpè profectis.
 Qui sine principio regnas & viuis ab æuo,
 Et sine fine Deus regnas & viuis in æuum.

XXVII.

Ecce

Oratio

Oratio Dominica, eodem genero
carminis.

O Pater ætherea residens sublimis in arce,
Da dignè semper tua nomina sancta colamus.
Adueniatq; tuum nobis optabile regnum.
Fiat & in terris tua, sicut in axe, voluntas.
Suppedita nobis, vitæ quibus indiget usus.
Et nobis, vt nos alijs, peccata remitte.
Nec supra vires rabido tentemur ab hoste.
Sed clemens tandem nos omnibus eripe damnis.
Namq; tibi regnum, tibi cuncta potentia soli,
Et tibi debetur laus nominis omne per æuum.

XXVIII.

Precatio, pro defensione contra
Diabolum.

PRO nobis vigila seruator & alme redemptor,
Excubiasq; tuo milite semper age.
Ne nos inuadat tentator callidus ille.
Qui nobis omniparte timendus adest.
Qui velut esuriens ambit leo fauce patente,
Et prædam, rabido quam voret ore, petit.
Hunc igitur contra nos Christe tueberis hostem,
Tecum vincemus, te sine nulla salus.
Rebus es adiutor nobis tu solus in arctis,
Nunc & in æternum gratia lausq; tibi.

A M E N.

SECUNDI LIBRI FINIS

IOHAN

TERTIVS.

63

IOHANNIS CLAI
HERTZBERGENSIS
PRECATIONVM

Liber Tertius.

I.

Gratiarum actio auctoris conualescentis.

OMnipotens æterne Deus, tibi pectore grates
Ardente dico debitas.

Quòd sum natus homo, quòd sum de morte redemptus
Per filij mortem tui.

Quòd te cognoui cœlestis lumine verbi
Tuo profecti munere.

Quòd me seruasti medio in discrimine viuua,
Morti propinquum pallidæ.

Cum iam credebar superis abiturus ab oris,
Omnesq; desperauerant.

Laus tibi sit clemens pater & dator alme salutis,
Opemq; porrò ser tuam.

Et iam firmato corpus mihi debile serua,
Omnesq; vires corporis.

Vt possim studijs teneræ prodesse iuuentæ,
Meoq; fungi munere.

Amplificetq; labor meus atq; industria ludum
Ecclesiam, Rempubicam.

Cognitioq;

Cognitioq; tui latè spargatur in orbe,
Et nota fiat omnibus.

Vt te collaudent multi super axe beati,
In seculorum secula.

II.

Oratio Dominica, eodem genere
carminis.

Avrea stelliferi residens super atria cœli,
Noster creator & pater:

Per se sancta quidem quæ sunt, tua nomina sanctæ
Locis colantur omnibus.

Etherei veniant ad nos moderamina regni,
Sancto regamur flamine

A nobis etiam fiat tua sancta voluntas,
Vt in polo sit ab angelis.

Inq; dies nobis præbe, quibus indiget usus,
Quæ nostra seruent corpora.

Omnia propitius nobis peccata remitte,
Vt fratribus remittimus.

Nec sine vincamur, cum Rex nos tentat Auerni,
Sed nostra sit victoria.

Et tandem transfer nos hac ex valle dolorum
Inter choros cœlestium.

Sunt tua regna, tuum decus est, omnisq; potestas,
In sempiterna secula.

Alia

TERTIVS.

III.

Alia Gratiarumactio.

Conditor rerum tibi dico magnas
Pro tua summa bonitate grates,
Quòd meam præter meritum salutem
Spontè tueris.

Quam mihi matris dederas in aluo,
Hanc mihi seruas Deus alme vitam,
Atq; nunc vires quoq; reddidisti
Corporis omnes.

Hoc ego semper celebrabo munus,
Et tuas laudes & opem fatebor,
Dum meos terris vegetus fouebis
Spiritus artus.

Iamq; te rursus pater alme quaeso,
Ut meam porro tueare vitam,
Et mihi præsens mea perbenignè
Cœpta secundes.

Da meus spectet labor in docendo
Ad tuam laudem, puerisq; proffit,
Quos dedit nostræ fidei docendos
Cura parentum.

Protegat nostrum tua dextra ludum,
Absit & pestis nocitura labes,
Et famis clades, & opus cruenti
Flebile Martis.

Ut sit in magno scholæ nostra flore,
Et bonas tuto doceamus artes,

Perq;

Perq̄ nos multis tua nota fiant
 Dogmata terris,
 Hoc pijs omnes precibus rogamus
 Perq̄ tui mortem meritumq̄ nati,
 Tu pater nostris, bona si videntur,
 Annue votis.

III I.

Precatio auctoris medicamentis vfi con-
 tra surditatem dextræ auris. Domi-
 nica tertia Aduentus,
 anni 1566.

Agne Dei, digito nobis monstrate Iohannis
 Sed melius factis cognite sepe tuis:
 Qui surdos audire facis, cæcosq̄ videre,
 Et multos lingua liberiore loqui:
 Quaeso mihi sanes læsam feliciter aurem,
 Ut possit geminos vox penetrare poros.
 Et quia nunc medijs ad rem spectantibus vtor,
 Et medici leges consiliumq̄ sequor:
 Tu præsens etiam conatibus annue nostris,
 Et quam ferre potes, si placet, asser opem.
 Te medicus toto non est præstantior orbe,
 Te sine nil hominum cura laborq̄ valet.
 Quamlibet est durum, sensus hac parte carere,
 Sit tamen arbitrij res eà tota tui.
 Dum modò sub tacito sanes mihi pectore morbos,
 Quod te Christe rogo, quodq̄ negare nequis.

Fac patula accipiam tua verba fideliter aures,
 Quæ nos ad cœli recta beata vocant.
 Deq; meis oculis caliginis ablue cœnum,
 Ut videam rectum, per quod eatur, iter.
 Quod mihi Christe tuo signasti sanguine fuso,
 Quodq; paraturus tu prior astra petis.
 Intricata meæ quoq; detrahe vincula linguæ,
 Ut fundat sanctos non remorata sonos,
 Quò tibi pro meritis ego possim dicere grates,
 Et seruatorem te celebrare meum.
 Hæc precor, hæc mecum totus te cœtus hic orat,
 Nam quotus est, cui non dotibus his sit opus.
 Tu fons Christe boni, nostræ studiose salutis,
 Ista tua nobis ex bonitate dabis.

V.

Anniuersaria beneficiorum Dei recorda-
 tio, & gratiarum actio auctoris ad De-
 um, anno 1566.

A Nnua lux redijt, memori mihi mente notanda,
 Donec in hoc fragilis corpore vita manet.
 Hæc est illa dies nigro signanda lapillo,
 Quæ mihi dira ferè mors obeunda fuit.
 Hæc etiam lux est albo signanda lapillo,
 Quæ mihi præsentem vidimus esse Deum.
 Ni Deus alme mihi præstò tua dextra fuisset,
 Meq; sua clemens eripuisset ope:

Vus

Vita mihi gelidis miserè periisset in undis,
 Et quoq; fors animæ, non reparanda, salus.
 Hoc ago agamq; tibi summas pro munere grates,
 Diuinamq; pio corde fatebor opem.
 Cumq; dies aderat post istum tertia casum,
 Et poterat nullus me recreare thorus:
 Cum mea de tenui pendebat vita capillo,
 Et mihi spes ipsi non erit vlla super?
 Rursus in extremo mihi tu succurris agone,
 Roboris immensi consiliq; Deus:
 Et fers auxilium subito, cum nemo putasset,
 Et reuocas vitam mortis ab ore meam.
 Hic tibi rursus ago Deus optime maxime grates,
 Et quoad in terris vixero, gratus ero.
 Lamq; dies ierant post hæc discrimina multi.
 Et poteram sensim membra leuare thoro:
 Sed titubabat adhuc tremulus vertigine gressus,
 Sæpius afflictum circumagente caput:
 Tuncquoq; iniusti patria bonitate miserus,
 Et reparas vires, ô pater alme, meas.
 Vt nunc sanato rursus mihi corpore possim
 (Ceui prius) officio ritè præesse meo.
 Quapropter meritas toto tibi pectore grates,
 Muneris æternus debitor huius, ago,
 Et precor, vt surdum sanes mihi plenius aurem.
 Meq; sinas sensus hac quoq; parte frui.
 Si tamen hoc fieri patitur tua sancta voluntas,
 Omnibus optatis anteferenda meis.
 Rem commendo tibi, tu scis quid prosit & obsit.

Hoc tantum credo, te bene velle mihi.
 Dummodo apud rectos bene (quod precor) audio ter-
 Ac apud aeternum te super axe Deum: (ris,
 Non nego surdaster totam traducere vitam,
 Sancte parens fiat, quod tibi cunq; placet.
 Auditus omni mihi sunt modo tempore tantum,
 Ex quo nascatur vera placensq; fides.
 Quae capiat, Christi meritis innixa, salutem,
 Quae coram vultu sunt preciosa tuo.
 Sic precor: Illud enim, tibi si pater alme videtur,
 Hoc autem absq; vlla conditione dabis.
 Laus tibi cum nato, tibi laus cum flamine sancto,
 Nunc & in aeternos, hic & in axe, dies.

VI.

Precatio ad Deum pro felici vxoris partu.

Qvam mihi iunxisti Deus optime maxime costans,
 Consortemq; boni, participemq; mali:
 Parturiens iterum solitos sub corde dolores
 Percipit elapsis mensibus illa suis:
 Te sine difficilem non perpeffura laborem,
 Te sine non foetum progenitura suum.
 Ergo ades alme parens, & votis annue nostris,
 Quo sine nil fieri subueniente potest:
 Quam sine te genitrix non est habitura salutem,
 Quaq; caret sine te (nam potes) affer opem.
 Iuppiter huic, illi Iuno Lucina vocetur,
 Quosq; facit plures Ethnica turba Deos:

E f

I p s e

Ipse tibi facio personis in tribus vni
 Vota, patri, nato, spirituiq; sacro.
 Tute iuuans pater es, neq; te sine Iuppiter alter,
 Iunog; te præter nulla iuuare potest.
 Abs te vita, salus, abs te proficiscitur vno,
 Posse iuuare tuum est: velle iuuare tuum est.
 Cœlitus es vitæ præses, lectiq; iugalis,
 Et curam nuptæ parturientis habes.
 Nunc igitur mari sobolig; salutifer adsis,
 Sit tua cura parens, sit tua cura puer.
 Et quod sit felix faustumq;, hic fœtus in auras
 Prodeat, & primum cernat in orbe diem.
 Antè tamen commendo tibi, quàm nascitur, ipsū
 Hunc in tutelam suscipe, quæso, tuam.
 Sit precor inter eos, cœli quibus annuis arcem,
 Et sanguis nati quos lauat ipse tui.
 Quamprimum verò superas prodibit in auras,
 Soluetur meritis gratia magna tuis.
 In temloq; tuis infans sistetur ad aras,
 Baptismi sacris purificandus aquis.
 Victima viua quidē tibi, sed sine cæde futurus,
 Et pars de numero quantulacung; tuo.
 Hoc precor, hoc supplex & votis omnibus oro,
 Hoc indefesso ter quater ore peto.
 Et res dura iubet precibus me sæpius vti,
 Accepto didici cautior esse malo.
 Nam sapiunt factò mortalia pectora damno,
 Et res (vt fertur) quæ nocet, illa docet.
 Et me, cui damnum manet alta mente repostum,
 Nunc

Nunc quoq; securum non finit esse metus.
 At tu, qui mundi vastas moderaris habenas,
 Quem penes est vnum, vitaq; morsq; Deus:
 Qui vis orari, qui vis audire precantes,
 Fac aliquod precibus pondus inesse meis.
 Hoc mihi pollicitus verbis veracibus ipse es,
 Hoc ego credo tibi non dubitante fide.
 In nihilum recidant prius omnia corpora mundi,
 Quae mare, quae tellus, quae polus altus habet:
 Quam certo vehemens oratio corde profecta
 Vana sit, & nullo pondere verba cadant.

V I I.

Gratiarum actio pro felici vxoris partu;
 anno Christi 1562. die Ianuar. 26.

Quas tibi, quas dicam Deus optime maxime gra-
 Extollam meritum quo satis ore tuum? (tes?
 Quod, licet indignum, vultu tamen aspicias aequo.
 Et finis optatis pondus inesse meis.
 Mos est iste tuus, precibus succumbere gaudes,
 Et dare captiuas in pia vota manus.
 Quò nos peiores, hoc es tu iustior vnus,
 Scilicet impietas sub pietate latet.
 Dignus an indignus sit, qui tibi clamat ad aures.
 Non quæris, celerem res vbi poscit opem.
 Sic mihi fecisti, patrio compulsus amore,
 Nec surda votum reijcis aure meum.
 Sed mihi vita les narum producis in auras:

Ej 2

Incolas

Incolumemq³ sua cum genitrice facis.
 In certo vita seruas discrimine viuos,
 Hoc opus, hoc donum est, ó pater almae tuum.
 Immensas igitur toto tibi pectore grates,
 Muneris æternus debitor huius, ago.
 Et dum lingua suo poterit mea munere fungi,
 Perpetuò Dominum te celebrabo meum.
 Et si qua possem grates ratione referre,
 Id facerem, studio promptus ad omne meo.
 Sed tibi quid detur, cum, quidquid continet orbis,
 Condideris propria posside asq³, manu?
 Hoc tamen, hoc faciam, quo delectaberis vno,
 Ut scriptura tui nuncia cordis ait:
 Sacrificabo tibi mentem, quæ plena doloris,
 Designata mihi crimina propter, erit.
 Et te propitium credam, veniamq³ precabor.
 Quam citra dubium, qui respiscit, habet.
 Atq³ omni peius fugiam peccata veneno,
 Ducturus vitam cum pietate meam.
 Quosq³ duos tribuit tua iam mihi gratia natos,
 Erudiam sacris noticiaq³ tui.
 Et mox ad doctas adhibebo fideliter artes,
 In laudes studium desinet omne tuas.
 Iohannes sancti voluet monumenta Iohannis,
 Scriptorem Pauli Paulus amator erit.
 Ex illis discent, hominem quem scire necesse est,
 Nomine quos referunt, hi quoq³, rebus erunt.
 Tertius ante diem, sine nomine, mortuus insans
 Sit pater in dextram traditus, ore, tuam.

Hec

Hæc ego iam dudum tacita sub corde voluto,
 Quæ tu, si pia sunt, pondus habere velis.
 Sed pia sunt spero, neq; pondere vota carebuat,
 Non gaudes fidei debitor esse meæ.
 Nec possunt homines abs te contendere tantum,
 Quin plus & maius, quàm petiére, serant.

VIII.

Alia precatio, pro felici vxoris partu,
 alio tempore.

Q^uandoquidem nobis peccatum sapius obstat,
 Quò minus accipias vota precesq; Deus.
 Et mihi nunc aliquid magni rogare necesse est,
 Quod sine te fieri subueniente nequit:
 Principio supplex sacras prostratus ad aras
 Delicti veniam corde dolente peto.
 Sis mihi propitius toties peccasse fatenti,
 Quot cælum stellas, aut mare voluit aquas.
 Gratia peccatum, noxam clementia vincat,
 Et mea culpa tua sit bonitate minor.
 Aspice dilecti sanctissima vulnera nati,
 Quæ pro me patiens in cruce sponte tulit.
 Ille tuum propria placavit morte furorem
 Et lytro pœnas sufficiente dedit.
 Hunc oppono tibi, meritis reus induor huius,
 Prorsus in hoc vno spemq; fidemq; loco.
 Dum loquor, exoriens suavis mihi pectore motus
 De venia certum me iubet esse tua.

Ff 3

Nunc

Nunc ego sum felix, nunc est mihi gratia tecum,
 Nunc petere intrepido quidlibet ore licet.
 Summe parens Etenim merito te nomino patrem,
 Cum placide mecum more parentis agas:
 Qui maiora mihi donas, peccata remittis,
 Et tribuis vitam iusticiamq; tuam.
 Id quoq; quod minus est, concede, quaeso, petenti,
 Ut tamen arburio stetq; cadatq; tuo.
 En mihi cara, tuo quæ munere contigit, vxor,
 Parturit exactis mensibus Anna suis.
 Abs te donatum sine te non edet in auras
 Conceptum ventris pignus onusq; sui.
 Subuenias igitur miseris in tempore rebus,
 Sollicitisq; tuam nixibus asser opem.
 Ut simul in tanto maneat discrimine salua,
 Et tolerare queat, quæ toleranda, parens:
 Nascaturq; mihi superas hic foetus in auras,
 Ut tibi baptismi consocietur aquis.
 Sit tamen & matris tibi commendatus in aluo
 Antè, hoc quam primum cernit in orbe diem.
 Et sit in illorum numero, quos suscipis vltro,
 Ætheris hæredes instituisq; tui.
 Pro quibus angelici noctesq; diesq; ministri
 Mandata vigiles in statione manent.
 Hoc precor, hoc facias, & toto pectore grates
 Perpetuus domi debitor huius agam.
 Quæq; precatur idem supplex Ecclesia mecum,
 Vnanimi laudes efferet ore tuas.

Gratia

Gratiarum actio pro felici partu, anno
Christi 1564. die Februarij 19.

Qui neq; coepisti, neq; desinis esse Iehoua,
Sed facis esse, quod est, & quod hic orbis habet:

Ante diem verso nox aera fugaret Olympo,

Et fieret rursus nocte cadente dies:

Quam possem verbis, in me quæ plurima confers,

Enumerare manus omnia dona tuæ.

Tu mihi mortali vultum vitamq; dedisti,

Cum prægnantis adhuc sarcina matris eram.

Postea maturum superus producis in auras,

Et tribuis clara cernere luce diem.

Ac sustentatum me tempore pascis ab illo,

Quo puer in patria paruulus æde sui.

Ornasti, meum studijs rude pectus honestis,

Donatum vera cognitione tui.

Et cum maturis ætas adoleuerat annis,

Quæ nexum vitæ connubialis amat:

Pectoris egregijs vxorem dotibus auctam.

Eligis ipse Deus, consociasq; mihi.

Nec satis hoc, etiam socij das pignora lecti.

Et nobis sterilem non sinis esse thorum.

Addo, locum vitæ mihi quod concedis honestum,

Quò me, quog; meos sufficienter alam.

Sed nimis ingratus contra, nimis immemor ipse

Pro donis istis muneribusq; fui.

Qui non cognoui tot tanto pondere dotes
 Abs te donatas, non aliunde, mihi.
 Hunc discussurus stolidum mihi corde veternum,
 Subtrahis ex oculis tempora leta meis.
 Lactatumq; diu tandem spe ludis inani,
 Ac quæ monstraras, hæc mihi dona negas.
 Nam peperit vita cassum mihi sæmina natum,
 Nequicquam partus tormina passa sui.
 Hei mihi, quos animo luctus dum sensimus ambo,
 Cum fuit in tota multa querela domo!
 Sed quanquam pœnis iustè me subijcis istis,
 Quas me nequaquam promeruisse nego:
 Non tamen idcirco penitus de corde fauorem
 Eijcis, & pressum non sinis esse diu.
 Imò recordaris media bonitatis in ira,
 Meq; alia reliquo tempore prole beas.
 Quæ tunc percepi reuocata gaudia mente?
 O quam tunc toto pectore lætus eram?
 Cum mihi sunt veteris vestigia visa fauoris,
 Et benè te sensi iam quoq; velle mihi.
 Hunc igitur cœpi cognoscere patris amorem,
 Et tibi pro meritis gratior esse tuis:
 Atq; ita tum verbis, tum pectore dicere laudes,
 Et benefactorem te celebrare meum.
 Quod si non satis est, & apud præcordia sanguis
 Frigidus impediit, sit voluisse satis.
 Nam quia me quarta fecisti prole parentem,
 Et cubat in matris filia parua sinu:
 Ut fas, rursus ago grates, & semper habebo,

Dum.

Dum super hæc aliquis spiritus ossa reget.
 Et per dilecti te quaeso vulnera nati,
 Ut mihi conserues pignora cara diu.
 Diuinog₃ meam succendas flamine mentem,
 Ut faciam semper, quæ tibi cunq₃ placent.
 Et mihi quos tribuit bonitas tua maxima natos,
 Sedulus institutam cognitione tui.
 Ut quondam rutilo mecum super æthere cœli
 Collaudent verum te sine fine Deum

X.

Precatio pro felici partu vxoris.

TE mihi, summe parens, coniunx autore iugata,
 Nunc quinto foetum, te quoq₃ dante, gerit.
 Hunc ut vitales feliciter edat in auras,
 Tu rursus veteri pro bonitate iuues.
 Nec, si deliquit pater aut quoq₃ mater, id obstet.
 Quo minus esse velis ferre paratus opem.
 Nos peccatores, at tu iustissimus vnus:
 Nos plerumq₃ mali, tu bonus esse soles
 Affer opem vero propter tua nomina, propter
 Iustitiæ laudem, quam, Deus, vnus habes.
 Exuperet nostram, quaeso, tua gratia noxam,
 Nostraq₃ culpa tua sit pietate minor.
 Et succurre, precor, præsentem in tempore partus,
 Maturumq₃ vtero molliter aufer onus.
 Quem tu seruasti foetum genitricis in aluo,
 Is per te primum cernat in orbe diem.
 Et sacrosancti lotus baptismatis vnda,

Ff 5

Saluandæ

Saluandi fiat pars quotacumq; gregis.
 Difficilesq; velis matri lenire dolores,
 Et mecum faxis hanc superesse diu.
 Vt benè filioli vnà præsimus alendis,
 Moribus ornantes & pietate rudes.
 Qui te nobiscum celebrent, venerentur, adorent,
 Nunc & in æternos, hic & in ære, dies.

XI.

Gratiarum actio pro quinto vxoris
 partu, anno Christi 1566. die
 17. Februarij.

O Æterne parens, ô ipsius vnice fili,
 O vtriusq; sacer spiritus, vne Deus:
 Ex imo meritas dico tibi pectore grates,
 Numinis immensa pro bonitate tui.
 Quod mihi vitales natam producis in auras,
 Incolumiq; patrem cum genitrice beas.
 Carmine quod semper, quod corde, quod ore petiui,
 Concio quod mecum tota precata fuit.
 Da nunc alme Deus, reuale scat debilis vxor,
 Et mecum plures viuat in orbe dies.
 Vt benè filioli nostris præsimus alendis,
 Moribus ornantes noticiq; tui.
 Filiola hæc autem cum fratribus atq; sorore
 Sit super, & verbum discat amare tuum.
 Inq; timore tui longos adolescat in annos,
 Cumq; pijs celebret te sine fine Deum.
 Et sit in æterna cœli super æthere vita

*Pars aliqua electis annumerata choris,
Hæc precor, hæc opto, iustis Deus annue votis,
Tu quoniam bonus es, non quia dignus ego.*

XII.

De Aduentu Christi.

Gloria, laus, & honor tibi sit ter maxime Iesu,
Nomine qui Domini rex benedictus ades.
En tibi victori palmas, oteamq; benigno
Offerimus, soli dedita turba tibi.
Rex pie, Rex clemens, libeat tibi ponere sedes
Cordibus in nostris, quæ tibi tota patent.
Mitte tuum nobis flatum spirabile numen,
Ut prius in nobis diluat omne nefas.
Et semper nostros præsens ita dirigat actus,
Ne mala te nostro pectore vita suget.

XIII.

Hymnus, Christe qui lux es & dies.

Christe, salus hominum, qui lux es vera diesq;
Quem res in mundo nulla latere potest.
Ætheri splendor patris, de lumine lumen,
Illustrans verbo pectora nostra tuo.
Te nos vnanimis & supplice voce precamur,
Ut nos præsentis nostraq; nocte regas.
Et nos incolumes damno tuearis ab omni,
Omnia qui patria pro bonitate foues.
Ne iaceant animi summo grauitate sepulti.

Neo.

Nec valeant Satanae, quos struit ille, dolii.
 Nec decepta caro mentem quoque polluat ipsam,
 Nec nos sollicitent conscia corda mali.
 Dum capiunt oculi nocturno tempore somnum.
 Spiritus excubias irrequietus agat.
 Protegat omnipotens nostrum tua dextera caelum,
 Et peccatorum vincula dura leuet.
 Aspice defensor noster, fidissime custos,
 Hostis ut ex omni parte timendus adest.
 Hunc igitur contra praesens nos Christe tuere,
 Namque redempta tuo sanguine turba sumus.
 Esto memor semper, non obliuiscere nostri,
 Dum grauis ista caro nos quasi carcer habet.
 Quamquam animam proprio mercatus es ipse cruore.
 Hanc in tutelam suscipe Christe tuam,
 Gloria sit patri, par sit quoque gloria nato,
 Par sit spiritui gloria lausque sacro.

XIIII.

 Die palmarum recitata precatio,
 hendecasyllabis.

O Iesu soboles Dei parentis,
 Regum Rex, & homo Deusque verus.
 Quem castus Solymaenae tenellus hymno
 Laudabat, proceresque negligebant,
 Et nunc negligit abijcitque mundus.
 Nos te suscipimus, sumusque certi.
 Ob nostram venias quod huc salutem
 E caeli rutilante missus arce.

Et pal-

Et palmis oleisq; te fatemur
 Victorem Dominumq; pacis almæ.
 Et iactamus iter per omne vestes
 Pro verboq; tuo datas libenter
 Amitemus opes, simulq; vitam,
 En portæ tibi pectorum patefcunt
 Ad nos ingrediari, extruasq;
 In nobis sine fine mansionem.
 Quod si quid virij subest latentis,
 Flatus discutiat tuus sacratu,
 Et nostros animos probè politos,
 Tersos vndiq; criminisq; puros,
 Te dignas faciat domos & aptas.
 O in nomine maximi parentis
 Rex adsis benedicte Christe Iesu,
 Iesidæ generosa stirps Davidis:
 Fiat, fiat, Hosanna, sana in altis.

XV.

Confessio peccatorum coram Deo:

O Deus omnipotens, verax, pie, caste, benignè,
 Tu tibi nos vni super omnia fidere mandas,
 Perfectumq; metum, perfectum cordis amorem
 A nobis! & vota, preces, cultusq; requiris:
 Tu tua verba coli poscis, carosq; parentes:
 Tu cædem prohibes, odia, iras, iurgia, lites,
 Concubitusq; vagos, spurcæq; libidinis ignes,
 Et quicquid turpe est: Prohibes mala furti rapi-
 nas,
 Argen-

Argentiq; famem, fraudes, mendacia, sannas,
 Liuorem, atq; omnes vitiosas pectoris astus:
 At nos iussa tua spernentes singula legis
 Omnibus his vitijs iustam tibi fecimus iram.
 Et sine sine quidem poenae meruisse fatemur:
 Sed tu propitius nobis peccata remitte,
 Siue ignorantes nonnunquam, siue scientes,
 Siue ea nolentes patramus, siue volentes.
 Te sine nulla salus, veniam te poscimus omnes.
 Da bonitas iram vincat, clementia culpam.
 Aspice dilecti sanctissima vulnera nati,
 Quae tulit ob nostram crucifixus sponte salutem.
 Viuo ego, viuo, inquis, lapsi non expeto mortem,
 Sed peccatorem posita resipiscere labe,
 Atq; insinit mecum volo viuere seclis:
 Hoc iuramentum tibi iam succurrat in ira,
 Et nos ex animo propter peccata dolentes
 Respice placatus, iustumq; auerte furorem.
 Et sacra da nobis diuini munere flatus,
 Qui posthac nostros clementer dirigat actus,
 Ut vitare malum, rectum prestare queamus,
 Ne rursus iustam te commoueamus ad iram.
 Hoc pater oramus cari per funera nati,
 Tu verò precibus (quod credimus) annue nostris:

XVI.

Post acceptam sacrosanctam Domini
 cœnam, viridibus.

Quod

Quod nos carne tua pavisti & sanguine Iesu,
 Sit tibi pro merito gratia lausq; tuo.
 Hic est ille cibus, quo quisquis vescitur, inquis,
 Perpetuò nullam sentiet ille famem.
 Hic est ille calix, ex quo si sumseris haustus,
 Perpetuò nullam colliget ille sitim.
 Nostra dapes. aliæ tantummodò corpora pascunt;
 At cibus hæc animas & quoq; corpus alit.
 Da precor hoc nobis ó suavis & optime Iesu,
 Ut cibus in nobis augeat iste fidem.
 Et nostas parili mentes succendat amore,
 Virtutumq; in eis excitet omne genus.
 Ut degamus in hoc tranquillam corpore vitam,
 Criminis innocuam, quæ tibi sola placet.
 Donec ab hac fragili carnis compage solutos
 Nos hinc è terris ad tua regna voces.
 Pectora vbi cunctis requiescent libera curis,
 Plenaq; læticiæ sine carentis erant.
 Teq; coequalem cum patre & flamine sancto,
 Laudibus extollent secula cuncta Deum.

XVII.

 Orationes sancti Bernhardi
 obiter versæ.

TE supplex Iesu mundi servator adoro
 In cruce pendentem, redimitu tempora spinis;
 Da mihi, quæso, tui crucifixo corporis ista
 Me tegat, vt nulla possit mihi parte nocere
 Angelus extinctor, dextra qui cædis acervos
 Innume-

Innúmeros vltice dedit crudelibus armis,
 Cum primos hominum fœtus pecudumq; necavit.
 Christe Dei fili, supplex te rursus adoro
 In cruce vulneribus læsum, taboq; fluentem,
 Pocula gustantem permixti fellis aceto:
 Da precor, vt mihi sint tua vulnera quinq; saluti,
 Atq; meæ præsens animæ mentisq; medela.
 TE supplex Iesu Domine & seruator adoro
 Conditum Myrrha, contectum sindone pura,
 Et positum tumulo: Tua mors mea vita sit, oro.
 TE pie Christe tuos per amares quæso dolores,
 Quos nostra causa patienti corde tulisti,
 Et tunc imprimis, cum te tua vita reliquit,
 Et præstans sacro de corpore spiritus iuit:
 O animæ miserere meæ sacer agne misellæ,
 Corpore cum fatis exire iubebitur isto,
 Inq; sinus Abrahamæ perduc clementer eandem.
 Seruator Iesu, qui te demittis ad orcum,
 Captiuosq; illinc victricibus eripis armis:
 Te precor, vt faxis, illuc mihi ne sit eundum.
 Omnipotens Iesu, victa qui morte resurgis,
 Et repetis superi stellantia mœnia cœli,
 Et nunc ad dextram resides patris astra regentis.
 Da precor, vt carnis terrena mole solutus
 Te sequar, & superas emigrem lætus ad oras.
 O Domine & pastor multo fidissime Iesu,
 Conserua iustos, ne de pietate recedant,
 Da veniam reliquis vitiorum pondere pressis,
 Et miserere tuis cœtus sacra verba professi.
Me quoq;

Me quoq; iam verè propter peccata dolentem
 Respice propitius, quod credo firmiter, Amen.

XVIII.

Precatio facta ex loca inuocationis, die
 rogationum, qui sic dicitur.

TE pater, & fili, te spiritus alme duorum
 Inuoco, personis in tribus vne Deus.
 Quem neq; Iudæus, neq; Turca, nec Ethnicus vllus
 Abs te mandata cognitione colit.
 Munere sola tuo terris Ecclesia vera
 Agnoscit verè numen & esse tuum.
 Cuius ego cœtus membrum me gloriôr vnunq;
 Et quod sum, fateor munus id esse tuum.
 Et tibi propterea flagranti pectore grates
 Eternus meriti debitor huius ago.
 Teq; creatorem cœli terraq; potentem
 Inuoco per nati vulnera sancta tui.
 Quem propter solum vindex tua desijt irâ,
 Et nos turba tibi conciliata sumus.
 Cuius adorari solius noming gaudes,
 Cuius & exaudis vota profecta fide.
 Hoc quoq; non norunt ludæi lumine capti,
 Nec Turcæ, nec gens Ethnica lucis egens.
 Sola tui cultrix Ecclesia numinis almi
 Hoc nouit, verbo testificante tuo.
 Ergo per hunc carum te supplex inuoco natum,
 Per quem, non alia vis ratione coli.

Gg

Da quod

Da quod ad æternam nosti spectare salutem,
 Quo sine regna poli nemo subire potest.
 Crimina propitius mihi perpetrata remitte,
 Et mea culpa tua sit bonitate minor.
 Da mihi diuini sanctissima munera flatus,
 Qui regat auxilio me studiumq; suo.
 In verog; tui conseruet lumine verbi,
 Donataq; semel cognitione Dei.
 Et reprimat sæui conatus hostis atroces,
 Qui iacit in mentes ignea tela pias.
 Ac me postrema soletur mortis in hora,
 Sustentetq; meam, ne labet illa, fidem.
 Hæc mihi cum dederis, porrò quod vita requirit,
 Et quocunq; mihi scis opus esse, dabis.
 Quomodocunq; tibi vel quandocunq; videtur,
 Non statuo tempus, nec tibi pono modum.
 Hæc tibi summe pater iam verba precantia fundo,
 Impulsus iussis pollicitisq; tuis:
 Dicis enim: Duro facias mihi tempore vota,
 Et quam poscis, opem ferre paratus ero.
 Ergò tuis istis, ceu fas, obtempero iussis,
 Credog; promissis non dubitante fide.
 Nam scio, quod verax es numen & omnia prestans,
 Quod res est, loqueris: Quod loquerisq; facis.
 Mortales fallunt: At non diuina potestas,
 Hæc est à vero res aliena Deo.
 Intereat citius totius machina mundi,
 Quam tua dicantur verba carere fide.
 Et quandoq; homines nequeunt succurrere rebus,
 At manus

At manus omnipotens est tua magne Deus,
 Non est in terris quicquam nec in æthere tantum,
 Quod possit maius viribus esse tuis.
 Sæpe carent homines ipsi, dare dona volentes :
 In manibus verò sunt sita cuncta tuis.
 Est tua terra, tuum cœlum, tua flumina Ponti,
 Quicquid & hoc rerum, quicquid & illa tenent.
 Ergo meas audi Deus optime maxime voces,
 Et fac optatis pondus inesse meis.
 Sic tibi inoblito persolvam pectore grates,
 Et tua perpetua nomina laude feram.

XIX.

Precatio ex dicto: Christus ascendit in
 altum, captiuam duxit captiuitatem,
 & accepit dona pro homini-
 bus, Ephes. 4.

CHRISTE triumphator cœlum qui scandis in altum,
 Captiuosq; tenes hostes vinclosq; catenis,
 Qui nos antè sua captos ditione tenebant :
 Donaq; pro cunctis mortalibus accipis ampla :
 A dextrisq; Dei resides æqualis honore,
 Omnipotente regens subiectum numine mundum,
 Votaq; pro nobis faciens sine fine parenti :
 Te supplex oro, precibusq; à corde profectis
 Muneris admoneo, mediator & inçlyte victor
 Quæso, semel fracti Satanae compesce furorem,
 Ipsius & breuibus ceruicem stringe catenis,

Gg 2

Ne ni.

Ne nimium laxis in nos grassetur habenis,
 Infandasq; tuis strages in ouilibus edat.
 Da quoq; ne trepidet nostrum formidine pectus,
 Cum faciem mortis truculentaq; cernimus ora,
 Pallentesq; genas macie, rictusq; patentes:
 Sed per te victam, stimulus & robore cassam,
 Et nunc imbellem nihil in nos posse sciamus.
 Hinc etiam nobis cœlestia diuide dona,
 Et nostras imple sacro flamine mentes,
 Ut præsens nostros clementer dirigat actus,
 Et nos participes faciat vitæq; beatæ
 Iusticiæq; tuo coram genitore valentis,
 Morte tua nobis partæ claræq; triumpho.
 Da quoq; pastores purè tua verba docentes,
 Deq; Sacramentis rectè digneq; loquentes,
 Ut tua traditio, verbis quæ constat apertis,
 Non ut iudicium dicat rationis inane.
 Quodq; facis, patrum pro nobis perge precari,
 Ne motus vitij iusta nos perdat in ira,
 Sed reminiscatur, quanti sint Dæmonis astus,
 Et quàm naturæ sit fracta potentia nostræ.
 Subijciatq; sibi, per te nos esse redemptos,
 Iusticiæq; tuæ rectos velamine saluet.
 Sic te spiritui sancto patriq; coœuum
 Cum reliquis cœli rutilo super axe beatis
 Angelicisq; choris vno celebrabimus ore,
 Ac indefessa semper tibi voce canemus:
 Sanctus & ansanctus Dominusq; Deusq; Zebaoth,
 Rex infinitis ætatibus, Amen & Amen.

Hymnus,

X X.

Hymnus, O lux beata Trinitas, &c.

O Lux alma Deus, lucis formator & autor,
 Mens in personis vna colenda tribus,
 Iam sol discessit, de nostris igneus oris,
 Et veniet tenebris nox adoperta caput:
 At tu nostra tuo suffundas lumine corda,
 Ut flagrent semper cognitione tui.
 Te veniente die, te decedente precemur,
 Te cauat æternos gloria nostra dies.
 Laus tibi summe pater, laus sit tibi nate parentis,
 Et tibi sit flatus laus vtriusq; sacer:
 Sicut ab æterno, sic nunc & semper in æuum,
 Donec erunt homines, angelicq; greges.

X X I.

Gratiarum actio pro beneficijs Dei,
 & pro illorum conseruatione
 precatio.

Vnicus existens in trino, trinus in vno,
 Omnipotens æterne Deus, pater optime, fili,
 Et sacer amborum flatus, venerabile numen:
 Te celebraturi concordia soluimus ora,
 Vnanimiq; agimus meritas tibi pectore grates:
 Quod nos formasti primùm genetricis in aluo,
 Educlisq; illa superas clementer ad auras
 Donasti nobis iugundum cernere lumen.

G G 3.

Et iam

Et iam quottidiè vitam corpusq; tueris,
 Omnia suppedirans, præsens quibus indiget usus,
 Et quodcumq; mali supra caput imminet, aufers.
 Auertusq; malas versuti Dæmonis artes,
 Angelicæ acie circum nos nostraq; vallas,
 Quippe nisi hoc faceres, pūcto moreremur in vno,
 (Qui furor est Satanae) nec quisquā viueret hora:
 Sed præceps alius fracta ceruice periret,
 Cumq; cibus alius caperet lethale venenum.
 Restat adhuc aliud longè præstantius istis:
 Quòd nos illustras cœlestis lumine verbi,
 Noticiæq; tui donas, quo munere nullum
 Esse potest maius, sine quo nil cœtera profunt,
 Quo sine nulla salus, spes nulla, redemptio nulla.
 Dicimus ergò tibi tanto pro munere summas,
 Pectora quas hominum capiunt mortalia, grates:
 Et te supplicibus votis animisq; precamur,
 Vt nos & nostros semper patiaris eadem
 Cognitione frui, membris dum spiritus istis.
 Exeat, & magni rutulo super æthere cœli
 Læticiam capiat tecum sine fine manentem.
 Da tamen interea nostro quoq; tempore pacem,
 Vt rutas habeat terris Ecclesia sedes,
 Hospitiumq; scholæ, studijs vbi culta iuuentus
 Noticiæq; tui longos adolescat in annos.
 Vt multi fiant æternæ membra salutis,
 Et te cum reliquis cœli super axe beatis
 Angelicisq; choris laudent sine fine per æuum.
 Quæsumus hoc etiam, nobis vt cuncta remittas

Crimina

Crimina propitius, iustas tibi si qua dederunt
 Irarum causas vel in vna sæpius hora.
 Nec nos destituas ideò, nec acerbior omnem
 Eijcias patrio penitus de corde fauorem.
 Sed nos hac etiam digneris nocte tueri,
 Usurag, frui lucis patiare sequentis.
 Et Satanae reprimas vires technasq, dolosi,
 Interitum nobis noctesq, diesq, struentis.
 Namq, tuæ fidei nostram (tua munera) vitam,
 Credimus, inq, tua deponimus omnia dextra.

A M E N.

TERTII LIBRI FINIS.



Gg 4

IOHAN.

IOHANNIS CLAI
HERTZBERGENSIS
PRÆCATIONVM

Liber Quartus.

I.

Præcatio pro omnibus ad vitam
necessarijs.

Rex æternæ Deus, mundi dominator & autor,
Qui pater es Iesu Christi, quæ credimus omnes
Spiritu sacro sine sine tibiq; coæuum,
Informaq; hominis nostro pro crimine passum,
Et meritum nobis cælum vitamq; beatam:
Quæsumus, ut propter dilecti vulnera nati
Omnia propitius nobis peccata remittas,
Et tua sit vitijs maior clementia nostris.
Alma salutiferi conserua dogmata verbi,
In quibus æternæ consistit summa salutis.
Aurea da nobis tranquillæ tempora pacis,
Sint procul armorum sonitus belliq; tumultus.
Comprime Turcarum gentem Moscumq; ferocẽ,
Conantes superis Christum detrudere regnis,
Christicolasq; modis omnes abolere nefandis.
Da caput imperij Cæsar sit maior in armis,
Et referat victo claros ex hoste triumphos.

Corda

Q V A R T V S. 9

Corda magistratus flatu moderare sacrato,
 Ut mihi incipiat, nisi quod rectum sit & æquum,
 Ad laudemq; tuam spectet, populiq; salutem.
 Da nobis etiam cœlum pater alme serenum,
 Nec noceat tectis fulmen, nec frugibus imber,
 Sed maturescant segetes, illiq; fruamur
 In vera mentis pietate, tuiq; timore,
 Proq; dato grates tibi munere semper agamus,
 Non ad luxuriam reliquosq; utamur abusus.
 Absit inqua fames, absit penuria victus,
 Non petimus nobis ingentes æris acervos,
 Sed saltem vitæ præsens quod postulat usus,
 Inq; diem nobis quantum satis esse videtur.
 Quinetiam pestis nostra procul absit ab vrbe,
 Quæ nunc in multis grassari dicitur oris.
 Qua subito pereunt homines, miserabile visu,
 Nec quisquam tumulis illorum reddit honores,
 Nec decorat lacrymis præsens lugubre cadauer.
 Tunc frater fratrem, tunc vitat amicus amicum,
 Ac vasta fiunt, Ecclesia, curia, ludi,
 Urbibus excedunt omnes, loca tuta requirunt
 A reliquis soli, per agros, per lustra, per hortos,
 Estq; humanarum tunc forma miserrima rerum.
 Hanc procul à nobis longinquas transfer in oras,
 Quas Turcæ nostrum sitientes vsq; crucem,
 Quas habitant alij diuini nominis hostes.
 At nobis cœlumq; fauens sit, & aura salubris:
 Ut maneant nostri collecta frequentia ludi,
 Noticiamq; tui dextrè doceamus & artes.

Gg s.

Deniq;



Deniq; fortuna studium ceptosq; labores,
 Et nostras sacro semper rege flamine mentes,
 Simus ut assidui discentes atq; docentes,
 Excipiatq; olim cursum tua gloria nostrum.
 Inq; fide Christi coelestia gaudia nobis,
 Vitaq; perpetuos detur mansura per annos.

I I.

Oratio contra Turcam Christiani no-
 minis hostem, ex Germanica
 Lutheri.

O mala qui fieri prohibes, & honesta requiris.
Et sup. axe sedens, quod fit in orbe, vides:
 Nos pater alme quidem iustam tibi fecimus iram,
 Et meriti poenas suppliciumq; sumus:
 Sed tu nos propria vindex vlciscere dextra,
 Lenitusq; tua sit bonitate furor.
 Praestat enim nobis patrium sentire flagellum,
 Quam saevas hostis sanguine usq; manus.
 Nos praecpta tuae violauimus omnia legis,
 Quotidiè addentes ad scelus omne scelus:
 Nil tamen aduersus Satanam deliquimus ipsum,
 Nec contra Turcam, sacrificumq; Papam.
 Qui nos non tantum crudeli dedere poenae,
 Sed quoq; cum tota tollere stirpe volunt.
 Tu tamen his vti pollutis caede ministris,
 Perq; manus horum nos cruciare potes.
 Paruula res ipsis, & non plectenda videtur,
 Frangere

Frangere mandati iussa seuera tui.
 Aut violare Dei vel quouis nomen abusa,
 Et nocuas dira tingere caede manus :
 Aut spoliare bonis homines per fasq; nefasq;
 Aut sacra legitimi fallere iura thori.
 Hoc, inquam, facile possent perferre patiq;
 Nos quodcunq; scelus flagitiumq; sequi !
 At quod te verum Dominumq; Deumq; fatemur,
 Et Christum sobolem dicimus esse tuam :
 Et procedentem vestro de pectore flatum
 Aequalem vobis credimus esse Deum :
 Atq; vnum in trino, trinum veneramur in vno,
 Quod non vllius mens ratioq; capit :
 Hoc capitale nefas ducunt & morte piandum,
 Haec est (vt nosti) causa, quod arma mouent.
 Hinc est, quod nostram cupiunt euertere gentem,
 Hinc furor & rabies, non aliunde, venit.
 Quod si te rursus mens impia nostra negato
 Ederet in nomen verba pudenda tuum :
 Nil Papa, nil Satanas, nil nobis Turca noceret,
 Sed missos faceret, comprimeretq; manus.
 Nam sua mundus amat, gaudetq; profana tueri,
 Vt tuus ipse sacro filius ~~ipse~~ canit.
 Ergo benigne Deus de caelo desuper alto,
 Res oculo nostras compatiante vide.
 Atq; in nos clemens pater esto: sed vltor in hostes,
 Qui non tam nobis, quam tibi bella mouent.
 Nam quae nos verbi profitemur dogmata terris,
 Quae nunc hostilis vult abolere furor :

Sunt

Sunt tua, non hominum cæca ratione reperta,
 Flius è cælo traxit illa tuus.
 Illorumq; loco spurcissima somnia nobis
 Obtrudit mendax ac homicida Satan.
 Turcica barbaries Machometum tollit in astra,
 In precioq; ipsum numinis instar habet.
 At sanctos tradit meretrix Romana colendos,
 Et proprio natum priuat honore tuum.
 His igitur motus Deus ô iustissime vindex
 Huc ades, & forti corripe tela manu.
 Et defende tuum, qui iam violatur, honorem,
 Et nobis regni sceptrâ tuere tui.
 As quia diuini iam nominis itur in hostem,
 Angelicum nostris partibus adde gregem.
 Ut Mahometiculam possit comescere gentem,
 Et palmam victo fortiter hoste ferant.
 Exere robustas inuictò numine vires,
 Partis & aduersæ frange potenter opes.
 Quam meriti pœnam sumus, illa retundet in ho-
 Iratamq; tuam sentiat ille manu. (stem,
 Parce tuo populo, clemens peccata remitte,
 Quæ nobis iræ causa fuere tuæ.
 Sit tibi supplicio potior tua gloria nostro,
 Quam calcât pedibus genis inimica suis.
 Et rege nostra tuo clementer pectora flatu,
 Fiat vt à nobis, quod tua verba iubent.
 Ne te pœniteat nostris à partibus esse,
 Et nobis promptam ferre libenter opem.

Sic nos

Sic nos seruati grato celebrabimus ore
Te solum, verum, perpetuumq; Deum.

III.

Oratio contra Turcam & Mosco-
uitam.

Æterne Rex, potens Deus,
Terra poliq; conditor,
Vetans malum, iubens bonum:
Nos supplices procumbimus,
Culpam fatentes criminum.
Peccauimus, peccauimus,
Iniqua cuncta fecimus,
Et nunc quidem digni sumus,
Quos punias, quos deleas,
Quos à beata caelorum
Communione segreges:
Sed tu misertus omnia
Remitte nobis crimina:
Et vincat iram gratia,
Ac noxiam clementia.
Memento quòd sumus tua
Opus laborq; dexterae,
Ouesq; pascui tui,
Et liberi carissimi,
Christi redempti sanguine.
Da pacis almæ munera
Nostro, precamur, tempore,

Et Mosco-

Et Moscovitam reprime,
 Cædemq; geni's Turcicæ,
 Qui nos remotos funditus
 Cum stirpe de terra volunt,
 Non nostra propter crimina
 Nomen tuum scedantia:
 Sed te quod in trino vnicum,
 Trinumq; in vno credimus,
 D E V M patrem cum filio,
 Et cum sacro spiritu.
 O abba noster, o pater,
 Amore motus debitas
 Remitte pœnas filijs,
 Tuæq; parce gloria.
 Ne forsitan successibus
 Hostes potiti prosperis,
 Idololatriam suam
 Cultum putent verissimum,
 Fidemq; nostram reprobent,
 Et hæresis nos arguant.
 Audi preces nostras pater
 Per filij mortem tui,
 Et nostra semper pectora
 Sancto gubernâ spiritu,
 Vt ambulemus in tuis
 Obedienter legibus,
 Non perpetrantes crimina,
 Sed persequentes optima.

Pro

III.

Pro peccatorum remissione & con-
tra hostes defensione.

DEV S pater creator,
Fili DEVS redemptor,
DEVS sacrate status,
Qui Trinitate es vnus,
Et vnitare trinus:
Te supplices precamur,
Iram tuam remitte,
Quam sepe concitamus
Nostra proteruitate,
Vitaq; abominanda.
Ignosce cuncta nobis
Peccata perbenigne,
Semperq; nos gubernas,
Vt in tui timore
Vitam dehinc agamus,
Quod est malum, cauentes,
Quod est bonum, sequentes.
Nostrumq; te parentem
Honore prosequamur,
Et semper inuocemus,
Ac firmiter colamus.
Ad quod tua potente
Nos dextera creasti,
Vt inter ange lorum
Coetus tibi canamus?

O sanctus

O sanctus atq; sanctus
 Sanctus DEVS Zebaoth.
 Vultu tuos benigno
 Placatus intueri,
 Nec amplius furoris
 In nos tui memento:
 Sed hoc finas valere,
 Quod te DEVM fatemur,
 Et innocentis agni
 Sparsi sumus cruore,
 Defensor esto noster
 Contra Mahometistas,
 Ferumq; Moscovitam,
 Scythasq; seuientes.
 Da noster imperator
 Victoriā reportet
 Feliciter triumphans.
 Sic gratias agemus
 Ab hoste liberati,
 Et te tuumq; nomen
 In seculum canemus.

V.

Oratio Dominica, eodem genere
 carminis.

DEVS parens in axe,
 Totum pie per orbem
 Nomen tuum colatur.

Regnum

Regnum tuum propinquet.
 Et numinis sacrata
 Fiat tui voluntas.
 Terra simul poloq;
 Panem quotidianum
 Nobis subinde præbe.
 Culpam remitte nobis,
 Ut nos item solemus
 Nec nos malignus astu
 Tentator apprehendat.
 Sed nos malo precamur,
 Serua potens ab omni.
 Tua est enim potestas,
 Regnum tuum, decusq;
 Per omne semper æuum.

VI.

Oratio pro mitigatione pœnarum.

O Æterne Deus, cuius clementia finem
 Nescit, & ira brevis, si qua sit, esse solet.
 Respice nos placidus propter peccata dolemes,
 Et graue pœnarum, quæ sumus, aufer omnis.
 In bonitate tua nostræ obliuiscere culpæ,
 Et pœnæ laudem præfer in orbe tuam.
 Non nos propterea Satanas crudeliter odit,
 Quod sceleris nullum scimus habere modum;
 Sed quod te colimus cœli terræq; parentem,
 Et Christum sobolem credimus esse tuam.

Hh

Qui

Qui nos æterna moriens à morte redemit,
 Sanguine mercatus nos animasq; suo.
 Hunc non ferre potest, ipsi quia destruit orcum,
 Cœrulaq; impositis colla terit pedibus.
 Vnde etiam calces eius conuellere morsu,
 Vlcisciq; suam nititur ille vicem.
 Prosequiturq; odio, Christi qui castra sequuntur,
 Ac in eo solo spemq; fidemq; locant.
 Nec quoq; propterea bello nos Turca lacescit,
 Quòd ledunt numen crimina nostra tuum.
 Sed quòd nos Christi de nomine nomen habemus,
 Quem prorsus natum non ait esse tuum.
 De quo dixisti tamen ipse, locutus ab axe,
 Filius hic meus est, quem vehementer amo.
 Hunc is conatur, cæco stimulante furore,
 De maiestatis pellere sede suæ.
 Sed frustra: Quoniam tenet æternumq; tenebit
 Christus in æthereâ, ceu Deus, arce locum.
 Et nos idcirco tota cum stirpe necatos,
 Atq; hoc submotos prorsus ab orbe cupit.
 Quòd si iam sumtis forsitan nos vinceret armis,
 Vt valet his, opibus militibusq; potens?
 Quid tunc, quid fieret? quæ iubila, quosûe triumphos
 Ederet, & risus gens Mahometicolûm?
 Ornatura suum Mahometum laudibus vnum,
 Christicolûm dicens nomen inane Deum.
 Vah, vbi nunc Deus est illorum trinus in vno?
 Diceret: An populum sic iuuat ille suum?
 Hoc ne contingat Deus optime maxime, faxis
 Vt fera

Vt fera gens nostro, milite victa cadat.
 Sin sedet hoc animo, strictoq; ita numine certum est,
 Vt plectas dignis crimina nostra modis:
 At saltem minuas lenito numine poenam,
 Mollescatq; tuus, fractus amore, furor.
 Supplicium dabimus, quia nos peccasse fatemur,
 Sit modò de patria poena profecta manu,
 Magnaq; mutetur nobis vindicta minori,
 Sitq; aliud poenae supplicijq; genus.
 Tu nos cæde tuo flagro, non puniat hostis,
 In te peccatum est, tu quoq; plecte reos.
 Ne post in poenam fortasse ruamus eandem,
 Nos diuina tui numinis aura regat.
 Vt mala vitemus, quibus irritaris ad iram,
 At bona sectemur, cunctaq; grata tibi,
 Te vero cordis motu timeamus, amemus,
 Et tibi fidamus quo sine nemo Deus.
 Tam veniente die, quam decedente precemur,
 Dicamus grates nocte dieq; tibi.
 Dogmata tractemus festis tua sacra diebus,
 Ritibus vrentes cum pietate sacris.
 Officij munus studio faciamus honesto,
 Aduersi nullis, immemoresq; mali.
 Viuamus casti, veritaq; libidine puri,
 Nulli fraude suas eripiamus opes.
 Sit procul ex animis scelerata calumnia nostris,
 Nostraq; mens prorsus non aliena petat.
 Hæc te summe parens oramus & obtestamur,
 Per meritum nati iusticiamq; tui.

Qui tecum regnat simul & cum flamine sancto
 Aequus, compar, omnipotensq; Deus.

VII.

Oratio contra Turcam Christiano
 orbi bellum inferentem.

O Eterne Deus, tibi nos peccasse fatemur,
 Et scelerum poenas promeruisse graues;
 Tu verò clemens aliquid de iure remitte,
 Et castigando mitior esse velis.
 Non ex proposito peccamus turpiter omnes,
 Contemptuq; tui, sicut & ipse vides:
 Sed vitiosa caro contemtrix maxima recti.
 Et studiosa mali, nos ad iniqua trahit.
 Ac meliora quidem mens nostra videtq; probatq;
 Sed facit interea deteriora caro.
 Et licet interdum corruptos ponere mores
 Nitimur, & rectam, qua decet, ire viam:
 Mox tamen incautos aliò nos abstrahit error,
 Et ducit rectæ de regione via.
 Præterea Satanæ, osor pietatis & hostis,
 Assidue nobis irrequietus adest:
 Nosarioq; tuum conspurcat crimine cœtum,
 Ut totus vultum sordeat ante tuum.
 Ergò tui miserere gregis, miserere precamur,
 Nostraq; culpa tua sit bonitate minor.
 Parce tuis, o parce Deus, quos morte redemit
 Filius & mentis Christus imago tuæ.

Cui

Cur nos Turca premat, cuius blasphemia maior
In nomen nati dicet acerba tui?

Cur interficiat natos ante ore parentum?

Cur matres vetitis polluat ille modis?

Aut cur infantes, cœli quibus annuis arcem

Priuentur vera cognitione Dei?

Quod certè fieret, rerum si Turca potitus

Spargeret in nostro dogmata spurca solo.

Intereat potius diuini nominis hostis,

Proq; sua pœnas impietate luat.

Nec viuis redeat bello blasphemus ab isto,

Sed coram populi concitat ore tui.

At nos, vt vitam posthac degamus honestam

Sacrosancta tui numinis aura regat.

Flecte voluntates, oramus, ad optima nostras.

Vt cum mente bona conuenienter eant.

Et procul à nobis Tatanam depelle furcentem,

Ne queat insidijs nos superare suis.

Nec magis instiget nostros ad turpia sensus,

Ad mala qui per se præcipitanter eunt.

Audi summe parens, exaudi nostra, precamur,

Et sine per natum vota valere tuum.

Secula qui viuit regnatq; per omnia tecum.

Par in honore tibi spirituiq; Deus.

V I I I.

Oratio contra hostes Ecclesiæ, cum
peccatorum & pœnarum depre-
catione, hendecasyllabis.

H b 3

O Rex

O Rex omnipotens, benigne, clemens,
 Cœlorum pater, omniumq; rerum
 Conseruator, & altor, & creator:
 Mens verax, pia, iusta, sancta, casta,
 Impuras hominum perosa flammâs,
 Et pœnis mala vindicans seueris:
 Nos sedem Deus ad tuam venimus
 Turbati, trepidi, micante corde,
 Et nobis malè conscij, reatu
 Obseruante magis magisq; nostro:
 Et nos tetricante voce legis,
 Quæ monstrat grauius tuum flagrantem
 Nobis intolerabilem furorem,
 Et ceruicibus imminens periculum,
 Vt pestemq; famemq; præliumq;
 Inprimis ea vox seuera terret,
 Et nos fulminis instar intus vrit,
 Quam sancto grauius dabis Prophetæ:
 Si Noha, & Daniel, piusq; Iobus
 Vellent pro populo tuo precari,
 Nū quicquam tamen obtinere possent,
 Nec mollire tuum precando kumen,
 Sed suam modo liberare vitam.
 Nos autem grauibuscq; plurimisq;
 Peccati sine fine, nil verentes,
 O æterne Deus tuum furorem
 Commouisse fatemur & dolemus,
 Et iam promeritos satis superq;
 Quos surdis pater auribus repellas.

Heech. 14.

Et ple

Et plectas grauius, benignitatem
 Occludens penitus tuam paternam.
 Spes nobis tamen est adhuc, futuros
 Inter nos aliquos bonos piosq;
 Qui possint prece te sua mouere,
 Quamuis agmina parua sint eorum,
 Non vnum tamen esse, qualis olim
 Insons iustitiaq; praeo Noha,
 Aut sanctus Daniel, piusq; Iobus;
 Sed plures etiam Dei timentes.
 Et tu praeterea Deus dedisti

Hac mitissima verba per Prophetam: **Ierem. 18.**

Te genti subito malum patranti
 Poenas exitiumq; comminari:
 Sin vita resipiscat a nefanda,
 Te rursus quoq; poenitere facti,
 Omnemq; in melius referre poenam.

Verbis quin etiam vocas amicis
 Abs te deficientium cateruas:

Ezech. 18.

O conuertimini, redite saltem,
 Et vos respiciam misertus, inquis,
 Nam clemens ego sum Deus, bonusq;
 Mitis, longanimis, pius, malorum
 Propulsator, & omnium bonorum
 Largitor, dator, autor, & creator.

O conuertimini modo reuersi,
 Et cognoscite liberè fatendo
 Totis ex animis nefas perosi.
 His ergo moniti Deus venimus,

H h

Nostrum

Nostrum cum lacrymis malum fatentes,
 Et culpæ veniam simul petentes.
 Pœnas propitius, precamur omnes,
 Condona bonitate pro paterna,
 Et nostri miserere, qui fatemur
 Tot peccasse modis, quot astra cœlum,
 Quot fluctus mare voluit aut arenas,
 Vel quot sunt atomi leues in aura,
 O vitam nimis egimus nefandam,
 Pollutamq; scienter inscienter.
 Sed nunc ex animis, pater, dolemus,
 Et tandem resipiscimus gementes.
 Tu nos suscipe mitigando pœnam,
 Per Christi meritum, tuamq; laudem
 Et flatu rege nos dehinc sacrato,
 Ut vitam in pietate transigamus,
 Et quodcumq; iubes, id exequamur,
 Quod verò prohibes, abominemur.
 Ac bellum qui iam vides parare
 Nobis exitiale Christiani
 Hostem nominis & tui perennem,
 Blasphemo temerarioq; summum
 Audentem lacerare nomen ore:
 Nobis auxilio velis adesse,
 Sæui propositum domans Tyranni,
 Præsens vndiq; nostra castra cingens
 Sancto spirituum choro bonorum.
 Quorum Sennaherib manu potente
 Multis cum legionibus necatus

Æternum

Æternum didicit Deum timere.
 Non solis superatur hostis armis,
 Ni tu dux aciem Deus gubernes,
 Tecum vincimus, absq; te perimus.
 Ergò summe parens adesto nobis,
 Et sæuis domitis Mahometistis,
 Incensiq; furore Muscouitis,
 Et cæsis animi Scythis cruenti,
 Nos & nostra tuere præpotenter.
 Illis dant animos sagittæ & arcus,
 Et currus, & acinaces cruenti,
 Et cursu celeres equi, ratesq;
 At nos robore viribusq; freti
 Vnius sumus in polo parentis.
 Cui nullus labor est, per imparatos
 Agmen sternere quamlibet paratum;
 Per paucos numero necare plures:
 Et per quinq; viros domare centum,
 Per centum superare mille fortes.
 O Ecclesiam tuam tuere,
 Te, natumq; tuum, sacrumq; flarum
 Perfecè semel agnitum colentem.
 Et sortem preme fortior tyrannum,
 Ut discat, sine te nihil valere,
 Quicquid suscipitur, sed esse vanum,
 Nec quenquam sine te Deum colendum,
 Cui sit numen in vnitæte trinum,
 Quod demens negat, impiiq; lingua
 Blasphemat, laceratq; proteritq;.

H. h. 5.

Audi

Leuit. 24

Audi summe pater preces tuorum,
 Et nobis fer opem, potensq; serua,
 Quos Turcæ violant, tuos honores,
 Per Christum Dominum, Deum salutis
 Ex te progenitum, necemq; passum
 Pro nobis, iterumq; suscitatum.
 Cum quo sit tibi flatuq; sacro
 Laus, virtus, honor, & decus per æuum.

IX.

Precatio contra Turcam, in vigilia
 decollationis Iohannis Baptistæ,
 Anno 1566.

CRas est illa dies, Christi qua prodromon olim
 Impius innocua truncauit tæde Tyrannus.
 Hac plerumq; solent bello conflagere Turcæ,
 Christicolæq; manu sperant mactare cruenta.
 Et certe multos iam nos vicere per annos,
 Ista superstitio quamuis sit vana diei.
 Hac rex Vngariæ periit Ludouicus in armis.
 Hanc circa dubium nunc expectare videntur.
 Quoq; magis credas, ea passim fama vagatur,
 Indixisse diem Solymannum seuitur istum.
 Et veri simile est. Nobis nunc ergo cauendum,
 Iam res non agitur, paries quia proximus ardet.
 Nunc opus auxilijs, opus est nunc robore firmo,
 Stent in procinctu cuncti noctesq; diesq;

Quia

in conspectu sunt hostibus, arma capessant,
 Nummesq; ferum pergant audacter in agmen.
 Nos quoq; suppetias nostra pro parte feramus,
 Et, licet absentes, animo pugnemus & ore,
 Aeternoq; preces Domino fundamus ad astra.
 Hæc vel præcipua est ratio, qua vincitur hostis.
 Dum Moses tollit duplices ad sidera palmas,
 Israël hostem superat, mirabile dictu:
 At simul atq; senex sua brachia sessa remittit,
 Israël vicibus versis superatur ab hoste.
 Nos quoq; cum Turcis acie pugnabimus ista.
 O æterne Deus, tibi nos commouimus iram,
 Supplicioq; sumus digni quocunq;, fatemur.
 Sed quia tu clemens Deus es, pius atq; benignus,
 Mansuetus, facilis, patiens, ignoscere promptus:
 Quæsumus alme pater nobis peccata remittas,
 Et tua delictum superet clementia nostrum.
 Nec iam Turcarum manibus nos dede cruentis,
 Qui tua blasphemis conspurcant nomina linguis,
 Et nostram penitus cupiunt excindere gentem.
 Qui leges abolent & sacri dogmata verbi,
 Nitunturq; suos contra stabilire furores,
 Vincula coniugij per te sancita profanant.
 Matronas violant, castissima corpora scædant.
 Incestu, quem sol oculis non aspicit æquis,
 Et polluta satis crudeli morte trucidant,
 Ac in frustra secant eadem, miserabile visu.
 E cunis pueros & matris ab ubere raptos,
 Illidunt muris, verubusq; trementia figunt.

Exod, 17

Corpora

Corpora, vel sudibus miserorum ante ora parentum,
 Hanc o hanc rabiem prohibe Deus alme nefandam,
 Et miserere tuo populi de nomine dicti.
 Magna quidem culpa moles & copia nostræ est:
 Sed tu propitius nobis ignosce, precamur,
 Qui totis animis, & toto corde dolemus,
 Et volumus tandem nos emendare deinceps.
 Quod pater ut fiat, tu pectora nostris gubernas,
 Auxiliumq; tui flatus conatibus adsit.
 Et quanquam à paucis tua iam cognoscitur ira,
 Ac pauci propter peccata dolore videntur,
 Sed vitio vitium, sceleri scelus addere vulgus
 Audet, & absq; metu securam ducere vitam
 Pergit, & antiqua velat obtinet, inq; nefandis
 Voluitur inceptis, & delectatur iisdem,
 Nec fidei facilem monitis accommodat aurem:
 Tu tamen, alme pater, nostri miserere, precamur,
 Agnita quos læsi perterret numinis ira,
 Ne cum securis nostrum simul opprime cœtum,
 Sed promissa tui clemens reminiscere verbi:
 Vivam ego, viuo, inquis, lapsi non expeto mortem,
 Sed resipiscentis vita delector in ævum.
 Ergo benigne pater gemitu nunc accipe nostros,
 Nec, quia cunctati longo iam tempore sero
 Incipimus turpis sordes agnoscere vitæ,
 Propterea vehemens & inexorabilis aures
 Claude tuas precibus, quas corda gementia fundunt,
 Ne pater obfirma, vani neq; sint vlulatus:
 Sed memor esto tuæ media bonitatis in ira,
 Promisiq;

Promissiq; iui, rursus quod te le dedisti;
 Ad me peccator cum se conuerterit, inquis,
 Toto corde dolens, Et ego conuertar ad illum;
 Consilia in melius referens, facilisq; remittam
 Supplicij quicquid sueram meditatus in ipsum.
 His moueare tuis Deus optime maxime verbis,
 Nostraq; propitius nobis peccata remittas,
 Nec patiare tuam nobiscum occumbere laudem;
 Sed reprimas Turcam nobis fera bella minantem;
 Christicolamq; fera sitientem fauce cruorem.
 Occidat ipse Dei potius crudeliter hostis.
 Et discat, quid sit conuicia dicere Christo,
 Et verum dictis incessere numen amaris.
 Intereat Magog in montibus Israëlis.
 In quibus edificat venues Ecclesia nidos.
 Quamq; supersticio sua sit leuis, impia, fallax,
 Sentiat occumbens, & cras hodieq; potentem
 Esse tuam dextram cognoscat strage suorum,
 Per Christum Iesum, tibi qui cum flamine sancto
 Et Deus est compar, & ab æuo regnat in æuum.

X.

Precatio contra verbi diuini hostes
 ex capite 3 6. Syracidæ.

Rex Deus omnipotens, nostri miserere precamur;
 Et mala propitio lumine nostra vide.
 Incute terræ populis, atq; exere vires,
 Ut videant decere roborâ magna tuæ.

Ac velut

Ac velut inuitis illis tua verba fatemur,
 Et colimus verum te super axe Deum:
 Sic coram nobis exi bellator in illos,
 Omnipotente gerens facta stupenda manu.
 Ut te cognoscant solum sine fine manentem,
 Quem præter nullus sit fueritq; Deus.

XII.

Eadem precatio παραφρασιως.

Quem penes est vnum vasti dominatio mundi,
 Mens æterna Deus, cuius sine fine potestas
 Permanet. Aure preces clementi suscipe nostras.
 Cernis vt immineant capiti mala plurima nostro,
 Et fera bella tui minitentur nominis hostes,
 Vt nos oppugnent crudelibus vndiq; castris.
 Hinc Mahometiculae Saracenicæ semina Turcæ,
 Inde Scythæ pugnant genus ipso Dæmone peius,
 Vescentes hominum tanquam fera bestia carne.
 Hinc nos Vaida premit, Turcis nunc additus ipsis,
 Vngarici repetens hæeres moderamina regni,
 Quem tellus aluit puerum Silesia quondam.
 Moscouita ferox quartus superimminet hostis,
 Et noua bella parat, nummis instructus & armis.
 Respice nos igitur de coelo desuper alto,
 Atq; paterna tuam subeat miseratio mentem.
 Et si quas iræ dedimus tibi crimine causas,
 (Vt damus & dedimus) nunc obliuiscere culpæ.
 Tot scelerum rea turba sumus, quot versat arenas

Ingens

Ingens Oceanus, vel quot sub flumine pisces
Educat, aut quod habent caelestia sidera stellas,
Aut quot aues passim magnum per inane vagantur
Multipliciq; modo iustam tibi mouimus iram:
Sed miserere parens mansueto pectore nostri,
Et sit, vt est, nostro bonitas tua crimine maior.
Aspice nos placido, quo conspicias omnia vultu,
Et succurre tuo populo, tua verba professo.
Non nobis tantum caudelia castra locantur,
Sed tibi summe Deus, tibi bella parantur ab hoste.
Te negat esse Deum, tua vult abolere nefandis
Agmina sancta modis, tua nomina tollere terris.
Et delere tuum nulli violabile verbum,
Quod fuit æternum, semperq; manebit in æuum.
Ergo age, surge Deus, talemq; retunde furorem,
Et confringe tuis & nostris hostibus arcus.
Incute militibus fracto sub corde timorem,
Vt solij strepitum metuant, quod concutit aura.
Prome tuas vires, nullaq; effabile lingua,
Robur & inuictum pater hostibus exere numen.
Vt videant illi, quam sit tibi fortis in armis
Dextera, quam vehemens, & non superabilis vlli.
Vt nos te Dominum caeli terræq; potentem
Inuitis illis merito veneramur honore,
Et simul ex vno laudes tibi dicimus ore,
Ac tua constantes profitemur dogmata terris.
Despectisq; minis hostis tibi vota precesq;
Offerimus soli Domino sine fine manenti,
Et sine principio regnanti semper ab æuo,

Et simit.

Et simulacra sumus Diuūm statuasq; perosi :
 Sic tu pro nobis gere bella potenter in illos,
 Et tua notifica mirando brachia pacto,
 Magnificeq; tuum nomen, cœtusq; tuere.
 Ut norint hostes edocti strage suorum,
 Quàm mirabiliter possis defendere sanctos,
 Cum spes humanæ non est opis amplius vlla,
 Et per quinq; viros centum prosternere fortes,
 Per centum possis extinguere mille potentes.
 Id quod in exemplis satis antè superq; probasti.
 Testis erit Pharaο cum curribus æquore mersus,
 Te frangente rotas & derrudente quadrigis.
 Midian hoc nouit, validis quem Gideon armis
 Exiguis strauit numero, clangore tubarum,
 Et face succensa (dictu mirabile) & olla.
 Hoc scit Sennaberib, multo cum milite cinctus
 Exitium Solymæ teclis crudele minatur :
 Sed cadit angelicis ingens exercitus armis,
 Omnibus vt castris fluereut quasi sanguinis amnes.
 Nouit id expertus procera mole Goliath
 Dauidis iunda cæsus, misereq; peremptus
 Ense suo: scit idem sicca transfossus Ebudi
 Rex Eglon, pingui gestans graue corpus omaso.
 Testis erit cæsus muliebri Sifera dextra,
 Cui label in somno figit per tempore clauum.
 Nunc etiam simili tua magnificentia pacto
 Exhibeat sese nobis, & proterat hostes.
 Obtinet antiquas tua iam quoq; dextera vires,
 Non minor est isto, non imbecillior æuo,

Quàm

Quam fuerat quondam, tua stat sine fine potestas.
 Facta stupenda geras igitur iam rursus in hostes,
 Ut videant tandem, reg³ ipsa credere discant,
 Quod tu sis solus cœli terræq³ creator,
 Æternus Christi genitor cum flamine sancto,
 Vnicus in trino, trinus celebrandus in vno,
 Qui sine principio simul & sine fine gubernas,
 Omnipotens, facilis, sapiens, pius, omnia seruans,
 Cui sit honor soli, virtus, laus, gloria, regnum,
 Sicut ab æterno, sic secla per infinita.

XII.

Precatio contra Turcam Christiani no-
 minis hostem, de mandato Cæsareæ
 Maiestatis intra priuatos parie-
 tes recitanda.

O Æterne pater residens super æthere, clemens,
 Interitus expers principijq³ Deus:
 Cui non est similis, terram quâ circuit æther,
 Nec vastum triplicis quâ patet orbis iter:
 Nos tua progenies, mala quos hinc inde fatigant,
 Fundimus vnanimis vota precesq³ tibi:
 Per Christi meritum, qui nos à morte redemit,
 Sanguinis effundens flumina sancta sui:
 Ut præsens animis addas solatia nostris
 Rebus in his duris, auxiliumq³ feras.
 In quibus hærentes iam te properamus ad vnum,
 Et tristi genitus pectore & ore damus.

Reprime crudeli furibundum pectora Turcam,
 Optantem noxra tingere cade manus.
 Qui Christum Christiꝑ greges hostiliter usus
 Nobiscum demto prælia sine gerit.
 Et nunc insolita rabie succensus & ira
 Concitat in nostrum barbara castra solum.
 Constituitꝑ, furens agere & rapere omnia passim;
 Et penitus nostros expoliare lares.
 Et vastans nostras flammis & acinace terras
 Cogitat infandis nos abolere modis.
 Ne patiare Deus scævas crudeliter hostem
 Sanguine Christiadam commaculare manus.
 Et confidenter dictis iactare superbis:
 Nunc ubi Christicolam est nomen inane Deus?
 Sed tu summe pater propera succurrere nobis,
 Quæsumus, & promptam (nam potes) affer opem.
 Tu nosti rectum tempus locumꝑ, iuuandi,
 Et nos consilio credimus ista tuo.
 Nam nisi tu nobis adsis, hostemꝑ, retundas,
 Nil vires nostræ partis & arma valent.
 Crimina ne spectes vitæ quam plurima nostræ,
 Ira quibus toties est tua mota Deus:
 Et quibus hanc pœnam nobis contraximus vltro,
 Turcicus vt scæuo nos furor ense premat.
 Sed moueare sacro dilecti sanguine nati,
 Quo sumus immenso turba redempta lytro.
 Ne memor esse velis nostræ Deus optime culpæ,
 Imò recorderis, quod bonus esse soles.
 Qui tibi confisos clementer suscipis omnes,

Cum resipiscentes de posuere nefas.
 Parce Deus nobis propter tua nomina, laudē.
 Si non vis nobis parcere, parce tuæ.
 Ne nos abijcias, vt simus fabula Turcis,
 Qui capita insando nostra furore petunt:
 Sed iam Romano fortis succurre Monarchæ,
 Et reliquis Ducibus Principibusq̃, Deus:
 Qui contra sæuum ducentes agmina Turcam
 Fortia pro patriæ bella salute gerunt.
 Affer opem præsens, vt sit victoria nostra,
 Tu Deus à nostris partibus esse velis,
 Vt videant hostes, quod tu sis solus & vnus
 Verus & omnipotens, propitiussq̃, Deus.
 Crimina qui patria nobis bonitate remittas
 Aure pia nostras accipiasq̃, preces.
 At nos cum fidei socijs tua verba professis
 Viuamus tui semper & absq̃ metu.
 Cœtibus inq̃, pijs tali pro munere grates
 Dicamus meritas ô pater alme tibi.
 Quem penes est regnum, laus atq̃, potentia solum,
 Nescia principij, nescia finis, Amen.

XIII.

Oratio de mandato Romani imperatoris
 contra Christiani nominis hostes
 in publica concione
 recitanda.

Christo

Christe benigne, Dei soboles & imago parentis
 O spes in cunctis & medicina malis:
 Ad te clamamus lugubri corde dolentes,
 Quos mala nunc omni plurima parte premunt.
 Ecce tui cœtus fideiq; & nominis hostis
 Sanguinolenta iterum prælia Turca mouet,
 Irruit in populum propria tibi morte redemptum,
 Et præda terras vastat & igne tuas.
 Captiuos abiicit passim tua verba professos,
 Compedibusq; ligat, seruitioq; premit.
 Ac quasi iumentis ad qualibet vitur ipsis,
 Et premit imposito subdita colla iugo.
 Lassatisq; caput falcato decutit ense,
 Non parcens vlli ferreus, aut miserens.
 Mactat & obscuros & claro stemmate natos,
 Cumq; viris matres, cum puerisq; senes.
 Scuit in infantes nutricis ab ubere raptos,
 Quæq; parens grauidæ pignora ventre gerit.
 Constituitq; tuum terris extinguere cœtum,
 De Christog; omnem vult abolere fidem:
 Ut mera barbaries has occidat Ethnica terras,
 Nominis & pereat fama decusq; tui.
 Intereantq; anima multorum lumine cassæ
 Quas tibi seruasti sanguine Christe tuo.
 Quæsumus ergo, tua ne nos properanter in ira
 Obicias Turcis, sanguineisq; Getis.
 Ne possint animas, famam, bona corpora, vitam,
 Omniaq; arbitrio perdere nostra suo.

Nos peccasse quidem contra tua iussa fatemur,
Et pœnas dextræ promeruisse tuæ:
Sed tu Christe tuæ media bonitatis in ira
Sis memor, & placido respice corde tuos.
Quippe sumus manuum labor & structura tuarum
In quibus & mentis fuisse imago tuæ.
Quos ut ab æterna seruares morte, cruorem
Fudisti monens in cruce sponte tuum.
Quin promissa tui clemens reminiscere verbi,
Quæ spondent nostras pondus habere preces.
Rebus in aduersis quas ob peccata dolentes
Fundimus ex animis, non dubitante fide.
Ergo age pro nobis, pugna dux fortis in hostes,
Numinis ut videant robora magna tui.
Qui cædis cupidi, tua nomina sancta perosi,
Oro tuam lacerant ludificante crucem.
Affer opem nobis, sinemq; impone dolori,
Effice, sit populus tutus ab hoste tuus,
Da referat palmam Caesar celebremq; triumphum,
Qui tenet Ausonij tradita sceptrâ soli.
Ut te cognoscat Dominum gens impia solum,
Quem præter non sit, qui regat astra Deus.
At nos, pacatis passim regionibus istis,
Quisq; suas tuto possideamus opes.
Semper & ardentem nos inter alammus amorem,
Et recta veram cum pietate fidem,
Coniunctiq; animis vitam degamus honestam,
Quæ profit multis, complacatq; Deo,
Et tua perpetua tollamus nomina laude,

Qui parces patri, Spirituiq; sacro.
 Cum quibus aeterno regnas Deus vnus ab æuo,
 Perpetuo finem non habiturus, Amen.

XIIII.

Culpæ deprecatio, & contra hostes
 oratio, ex Psalmo 79

NE Deus expendas, quicquid commisimus antè,
 Criminis & culpæ ne meminisse velis:
 Sed miserere tua nostri bonitate repente,
 Nam tenuis numero spretaq; turba sumus.
 Affer opem nobis Deus o spes nostra salusq;
 Per tua quæ summx nomina laudis habes.
 Eripe nos, & nostra pius peccata remitte,
 Nominis ob laudem rex celebrande tui.
 Ne dicant hostes: Vbi nunc est Christus eorum?
 Desertos adeò cur sinit esse suos?
 Tu Deus o vindex vlciscere, quæsumus, illos,
 Vindictam repetens sit tua nota manus.
 Sanguine peccarunt, quem profudere cruenti,
 Sanguine dent poenas suppliciumq; tibi.
 Sis memor illorum, captos quos detinet hostis,
 Carcereq; ereptis vincula dura leues.

XV.

Precatio auctoris pio vxore cum morbo
 periculoso grauitè conflictante,
 anno 1567.

Christe

Christe Deus, toto qui conspicias mundo,
 Quem res nulla fugit: quæ tibi nota, queror.
 Cara mihi coniunx morbo consecta laborat,
 Et quid sit morbi, dicere nemo potest.
 Desperant medici, quamuis medicamina mittant,
 Omnia conantur, sed dubitanter agunt.
 Quapropter supplex hoc in discrimine Iesu,
 At te confugio, tu pie Christe iuua.
 Tu bonus es medicus, quo non præstantior alter,
 Qui medicari animis corporibusq; potest.
 Inuentum medicina tuum est, opiferg; per orbem.
 Diceris, & viuens omnis origo boni.
 Sunt tua, quæ magnus rerum complectitur orbis,
 Agnoscit Dominum qualibet herba suum.
 Tu sanare potes, cum spes superesse negatur,
 Et medici docta plus valet arte malum.
 Nil ita difficile est, quod non tua dextera possit,
 Vltima supremi sit licet hora mali.
 Tu mortis vitaq; potens Deus, ipsaq; vita es,
 Omniaq; ad nutum stantq; caduntq; tuum.
 Quam nemo poterat bis sex sanare per annos,
 Desperata tuam fœmina sensit opem.
 Trigintaq; octo recubans paralyticus annos
 Ad vada Bethesda, te medicante valet.
 Ardentem febri puerum mortiq; propinquum,
 Patre tuam mentem sollicitante, iuuas.
 Quæq; exhalarat vitam paulò antè, Iairi
 Filiolam sola surgere voce iubes.
 Tu reuocas viduæ medio de funere natum,

Qui iam iamq̄ solo contumelandus erat.
 Voce tuo tumulto rediuius Lazarus exit,
 Qui putris quarto cœperat esse die,
Nunc quoq̄, Christe iuua verbo dextraq̄, potente,
 Et desperatis casibus affer opem.
 Sit mihi, quæso, super longo mea tempore coniunx;
 Et sit, vt antè, meæ fida columna domus.
 Filiolisq̄ suis præsit, mecumq̄, pusillos
 Educet ad laudem noticiamq̄, tui.
 Hoc te nate Dei nostros miserate labores
 Per meritumq̄, tuum iusticiamq̄, precor.
 Tu gemitas istos ægro de corde profectos
 Accipe, nec clausa reijce mente preces.
 Sic tibi leta canet meritas Ecclesia grates,
 Et schola nostra, malis vtraq̄, mœsta meis.
 Ast ego de cathedra, qua nunc tibi fundo querelas,
 Carminibus laudes concelebrabo tuas.

XVI.

Alia precatio autoris pro vxore
 ægrotante.

CHriste salus hominum, mediator, summe sacerdos,
 Omnia mortali similis, sed criminis expers,
 Non ignare mali, miseris succurrere promse,
 En iterum supplex coram te conqueror vno
 Quod me torquet onus, gemitus tu suscipe tristes,
 Et mihi da veniam, si liberiore profabor
 Ore tibi, quicquid tacita clam cogito mente.

Nam

Nam quanquam nosti, quæ me nunc dura fatigant,
 Et multo melius, verbis quam dicere possum,
 Et mea quid reputet tacite mens anxiosa secum.
 Omnipotente vides oculo, ceu cardiognostes:
 Attamen expressus fas est exponere verbis,
 Quicquid id est oneris, quod me velut Aetna grauaui,
 Et quibus est animo tacito sub pectore plenus,
 Talia proloquitur simul os interpretis & effert.
 Sed mea cum tristi mens sit iam pressa dolore,
 Nil præter tristes eructat corde querelas,
 Tu quoque fleuisti quondam, gemitusq; dedisti,
 Sponte tua nostro doluisti saepe dolore,
 Angoresq; tuo sensisti pectore summos,
 Ad mortemq; æger terris, te teste, fuisti.
 Languores nostros omnes cum carne tulisti,
 Et quæcunque homini contingere tristia possunt,
 Omnia es expertus, cunctis vexatus amaris.
 Et nunc molliciem nobis ignoscere nostram
 Compatiente soles animo, non nescius ipse.
 Spiritus est promptus, quiduis tolerare pati,
 Sed tremit ægra caro depressa, cruciq; repugnat.
 O mea Christe salus, mea spes, mea vita redemptor,
 Cara mihi coniunx lethali obnoxia morbo
 Non enarrandos peperit mihi corde dolores:
 Nam nihil est terris illa mihi carius usq;
 Re nunc experior, verè sic esse, quod inquis
 Instituens casti socialia fœdera lecti.
 Vir patremq; suum, dicis, matremq; relinquet,
 A quibus in terris tamen est & natus & altus,

Vxoriq̄, suæ, postpones omnia, soli
 Totus adharebit non diuellendus ab illa,
 Et duo corporibus viuent, sed mentibus vnus.
 Sic ô sic res est, quoties duo vincula lecti
 Suscipiunt animiq̄, pares, fatoq̄, volente.
 Hoc mihi contigerat, castis cui moribus vxor,
 Perpetuaq̄, colens pietate Deumq̄, virumq̄.
 Hanc ego complector, foueo, tego, diligo, curo.
 Prædico, suspicio, commendo, miror, & orno.
 Agnoscoq̄, tuo iunctam mihi munere talem,
 Et tibi, quas cupiunt mortalia pectora, grates
 Lætus ago tacito mecum sub corde palamq̄,
 Semper & hoc donum tibi me debere fatebor.
 Dum mihi vita manet, dum spiritus hos reget artus,
 Sed quam cara mihi est, tam magnos illa dolores
 Nunc inuita mihi parit, & mœroribus auget
 Ægra virum morbo, quæ nunc affecta laborat.
 Nam mihi quid terris grauius contingere possit,
 Quàm mea quod coniunx, rerum pars magna mea.
 Dimidiumq̄, mei, solamen tempore tristi, (rum,
 Et post te lesu mea spes, mea sola voluptas,
 A medicis vitam producere posse negatur?
 Pro qua (quod nosti) vellem profundere vitam,
 Consulcum illius si debeat esse saluti.
 Quin etiam nuper quidam mihi scripsit amicus,
 Vir non indoctus, sed plus, quàm debuit, addens:
 Quamlibet ipsa salus (inquit) succurrere vellet,
 Vxorem sanare tuam non posset ab isto,
 Quo premitur, morbo duro plenoq̄, pericli.

Sed tu

Sed tu Christe salus, laudem tibi detrahit ille.
 Tu sanare potes, certamq; afferre medelam,
 Tu potes amissam magna vi reddere vitam.
 Quapropter supplex oro te Christe redemptor,
 Destructor mortis, vitæ reparator ademptæ,
 Affer opem, clemensq; mei miserere doloris,
 Deq; via mortis reuoca mea gaudia, quæso,
 Ne cum filiolis viduus traducere vitam
 Cogar, & in tenebris miserè luctuq; iacere.
 Quid? quòd & vxorem premit hæc sub pectore cura,
 Atq; ideo morbo quauis ratione resistit,
 Dumq; potest, graditur, lecto ne fracta recumbat,
 Spem vultu simulans premit altu pectore morbum,
 Non quòd ab hac vita teneris abitura sit annis,
 Sed quòd me tristem sit desertura maritum,
 Cui pro filiolis sit cura gerenda pusillis,
 Et seruanda domus soli sine compare tota.
 Si licet, & fieri finit hoc tua sancta voluntas,
 Viuat adhuc longo mihi sospita tempore coniunx,
 Educet & teneros ex æqua pondere natos,
 Noticiamq; tui doceat, moresq; pudicos.
 Hoc precor, hoc opto Iesu clemensq; potensq;
 Hoc per sancta tui te vulnera corporis oro:
 Si mea vota tuis non sunt contraria fatis,
 Incolumis multo vxor mea transigat annos.
 Sin decreuisti nos sic diuellere letho,
 Innumerisq; illam, quæ parte timentur ab omni,
 Præripuisse malis, permutans tristia lætis:
 Da constante fide misero discedat ab orbe,

Noticiaq;

Noticiâq; tui, quæ iustos efficit vna,
 Sit meritis innixa tuis, & inhæreat illis,
 Et per te credat sese de morte redemptam.
 Ast ego, quem miserum post se tristemq; relinquet,
 Da sequar exiguo quoq; temporis interuallo,
 Vnâ cum natis, ne sorte parentibus orbi
 Omnia cogantur terris incommoda ferre.
 Aut si complures me vis superesse per annos,
 Inq; schola doctas tractare fideliter artes,
 Hic alijsûe locis, vel dogmata sacra docere,
 Da precor, vt tantum possim perferre dolorem.
 Hoc te nate Dei supplex his versibus oro,
 Quos ego cum lacrymis scripsi, tu testis es ipse.
 Tu luctus miserere mei, gemitusq; frequentis,
 Singultusq;, domi solo quem fundo cubili.
 Sic tibi persoluet grates Ecclesia mecum,
 Totaq; quæ nunc est, nostri communio ludi.
 Ast ego præcipue, quem cura domestica tangit,
 Quàm tibi nunc tristes depromo corde querelas,
 Tam letas hilari dicam tibi pectore laudes.

XVII.

Gratiarum actio pro recuperata
 valetudine vxoris.

Pro pietate tibi sit gloria summe redemptor.
 Laus, honor & virtus sit pie Christe tibi.
 Gratia pro meritis tibi clementissime Iesu,
 Qui veluti Deus es, sic bonus esse soles.

Pressa

Pressa fuit morbo coniunx mea nuper acuto.
 Et spes in terris non erat vlla super.
 Scribebant medici nullam restare salutem,
 Plus omni terris arte valere malum.
 Quos ego runc luctus, quas capi pectore curas?
 Quam mea mens vario plena dolore fuit?
 Qu id facerem? nec enim parcebam sumtibus vllis.
 Omnia tentabam, quæ facienda forent.
 Quem non sollicitè scriptis & voce rogavi?
 Qua non in terris sum miser vsus ope?
 Sed cum per medicos iam nil ageretur & herbas
 Ad te confugi tu mihi portus eras.
 Cum nihil efficerem medijs, te Christe rogavi.
 Et cœpi numen sollicitare tuum.
 Et, tua quæ bonitas, facili mea pectore vota
 Suscipis, & precibus pondus inesse iubes.
 Vxoremq; mihi media de morte reducis,
 Et reddis cordi gaudia leta meo.
 Hoc ego Christe tibi munus iam debeo soli,
 Vnius hæc dextræ sum benefacta tuæ.
 Ergo tibi toto meritas ago pectore grates,
 Et, quoad in terris vixero, gratus agam.
 Tu mihi non tantum meruisti funere vitam,
 Iustitiamq; nouam, læticiamq; Dei.
 Sed quog; me seruas vita clementer in ista,
 Et facis omne, meæ quod petiere preces.
 Tu me seruabas ægrum mortiq; propinquum,
 Coniugis accipiens seruida vota meæ.
 Et quod te toties tristi sum voce precatus,

Vxorem

Vxorem simili nunc ratione iuuas.
 Munus vtrumq; tuum est, per te iam vescimur auram
 Quod superamus adhuc, munus vtrumq; tuum est.
 Magna sit ergo tibi dulcissime gratia Iesu,
 Et nunc & reliquos, quos ego viuo, dies.
 Quaeso diu sit sana, semel mihi reddita coniunx,
 Sin voti reliquo tempore compos, Amen.

XVIII.

Alia precatio auctoris pro vxore in
 morbum relapla.

EN mihi Christe Deus post anxia vota precesq;
 Spes erat vxorem conualuisse meam.
 Iamq; tibi grates Ecclesia dixerat omnis,
 Vnanimisq; tuam concelebrabat opem.
 Nec minus ipse etiam meditabar pectore mecum
 Carmina pro meritis grata futura tuis.
 Cum subito coepit prior ille recurrere morbus,
 Et mala sunt aliquo iam duplicata modo.
 Nam trahit insomnes vxor mea languida noctes,
 Et nullo requiem tempore fessa capit.
 Tinnitus capitis sentit, summumq; calorem,
 Et capite afflicto non bene corpus habet.
 Nec cibus est vllus, quo delectetur edendo,
 Sanaq; fastidit, deteriora petit.
 Sed quid ego hac autē nequicquam ingrata reuoluo?
 Quae nosti melius, quam memorare queam.
 Quid? quod res etiam quaedam me turbat & angit,
 Et me

Et me securum non sinit esse metus.
 Sæpè quidem ludunt suspensas somnia mentes,
 Sæpè tamen tacite multa futura monent.
 Nam præsaga mali quoniam mens plurima cernit,
 Non rarò quadam per simulacra refert.
 Sed faxis Iesu ne sint insomnia vera,
 Quæ tulit ante duos nox mihi mæsta dies.
 Et sit cara super longo mihi tempore coniunx,
 Qua mihi nil ingens carius orbis habet.
 Te tamen excipio, rebus quem præfero cunctis,
 Quem penes est animæ vita salusq; meæ.
 At post te Iesu mea spes est vnica coniunx,
 Et nihil in terris, hanc quod adæquet, adest.
 Hanc vehementer amo patrē matremq; relinquens,
 Hæc pars est animæ dimidiumq; meæ.
 Et non sim tristis, cum, quæ mea sola voluptas,
 Agra sit, & multos pressa dolore dies?
 Gaudia redde meæ sanata coniuge mentis,
 Omnia te fieri subueniente queunt.
 Cum concessurus superis credebar ab oris,
 Spesq; super vitæ non erat vlla meæ:
 Tunc lacrymisq; suis vxor gemituq; frequenti
 Christe tuam supplex sollicitabat opem:
 Meq; suis votis letho reuocauit ab atro,
 Obtinuit precibus munera tanta suis.
 Nunc ego sum sospes, sed coniunx ægra laborat,
 Atq; illam medici viuere posse negant.
 Sed precor illorum careant hæc pondere verba,
 Plus valeantq; animi vota precesq; mei.

Irrita

Irrita sint etiam, quæ me mala somnia terrenta
 Tu solus verax omnipotensq; Deus.
 Quod terris homini fieri non posse videtur,
 In solo verbo conficis absq; manu.
 Tu reuocare potes solem, cogisq; morari,
 Et mutas umbram, retrogradamq; facis.
 Has igitur bone Christe tuas nunc exere vires,
 Et quam nemo potest, tu, precor, asser opem.
 Sic seruatori dicam tibi postmodò grates,
 Perpetuoq; memor muneris huius ero.
 Et meritis quæ cepta tuis sunt carmina scribi,
 Imperfecta domi quæ noua cura premit:
 Perficiam lætus cœtu recitanda frequente,
 Plurimus inq; meo carmine semper eris.

XIX.

Gratiarum actio pro passione, morte,
 & resurrectione Christi.

NUllius in terra dignas tibi dicere grates
 Os animusq; potest Iesu venerande redemptor:
 Imò nec assequimur nostro tua munera captu.
 Tu dignaris homo mortali corpore nasci:
 Ut nos diuinæ potiamur mentis honore.
 Factus es obscurus, vilis, contemptus, egenus:
 Ut nos illustres simus rerumq; potentes.
 Tu legem comples: ut nos redimamur ab illa.
 Tu profugus patrijs discedis & exul ab oris:
 Ut reduces patria cœlesti in sede fruamur.

Tu peti

Tu perfectus homo pateris ieiunia terris :
 Vt nostra æthereo saturantur pectora pane.
 Arentiq; sitim non raro fauce tulisti :
 Vt nobis nectar datur cœleste bibendum,
 Tu persers meritas nostro pro crimine pœnas :
 Vt coram summo nobis sit gratia patre.
 Captus es & vinculus : nos vt soluamur ab orco.
 Passus es immerito sub iniquo iudice plagas .
 Ne nos Tisiphones pateremur verbera fontes.
 Multa cruentatis sensisti vulnera membris :
 Vt vibice tua sic vulnera nostra coirent.
 De spinis factam gestasti fronte coronam :
 Vt diadema caput nostrum cœleste coronet.
 Affixusq; cruci pendes maledictio factus :
 Vt nos æterni maneat benedictio patris.
 Tu vita functus lumen vitale relinquis :
 Ne nos æterna pereamus morte peremti.
 Omnipotensq; venis superas rediuiuus ad auras :
 Vt des æternam nobis super æthere vitam.
 In cœlumq; redis patrium , victorq; triumphas :
 Vt bona distribuas semper durantia nobis ,
 Inprimisq; sacri diuina charismata flatus.
 Laus tibi pro meritis igitur sit Christe redemptor.
 Da petimus nobis propter tua nomina Iesu,
 Vt cognoscamus grata tua munera mente,
 Et tecum vitæ cœli super axe fruamur.

K k

Antipho

Antiphona, Veni sancte Spiritus.

Spiritus alme veni caelo delapsus ab alto,
 Credentumq; tuo numine corda reple.
 Frigentes flammis animos accende tuorum,
 Et mentes aura viuificante moue.
 Qui per diuersas (dictu mirabile) linguas
 De toto populum colligis orbe tibi.
 Inq; fide seruas illum clementer eadem,
 O ad nos etiam spiritus alme veni.

A M E N.

Q V A R T I L I B R I F I N I S .



IOHAN-

IOHANNIS CLAI
HERTZBERGENSIS
P R E C A T I O N V M.

Liber quintus.

I.

Gratiarum actio pro felici reditu ex
itinere periculoso.

Conditor immensi Deus optime maxime mundi,
Sit tibi pro factis gratia lausq; tuis.

Te duce Leucoreas quod veni saluus ad oras,
Sunt vbi per longam multa timenda viam.

Et quod vitæ sævæ contagia pestis
Propositum nobis impediens iter.

Quæ vehementer ijs iam grassabatur in oris,
Quâ via consueto more sequenda fuit.

Ac nisi nos quidam cursu monuisset in ipso,
(Quem genium quendam credo fuisse bonum)

Vix redysemus viui, nam pestis in illis
Dira, minax, vehemens dicitur esse locis.

Dicimus ergo tibi Deus optime maxime grates,
Numinis hac tanta pro bonitate tui.

Quod nos incolumes Goldbergæ sistis in oris,
Meq; meis reddis, discipulosq; suis.

Quæsumus vt porro nostris tu gressibus adsis,
Desinat in laudes vt via nostra tuas.

Kk 2

Precatio

Precatio auctoris pro felici vxoris
partu, anno 1568.

Iuste Deus, iustis vlciscens crimina pœnis,
Et respicienti parcere promte reo.
Suscipe quas ægro tibi pectore fundo loquelas,
Et faxis precibus pondus inesse meis.
Et dulcis coniunx iterum mihi parturit Anna,
Sextaq; iam grauido pignora ventre gerit.
Munus id esse tuum cognoscimus atq; fatemur,
Et grates agimus pectore & ore tibi.
Sed sine te superas fœtum non edet in auras,
Exuperat vires corporis iste labor.
Tu Deus ergo iuua, partusq; medere dolori,
Et grauidum matri mollitur aufer onus.
Vitalesq; mihi sobolem producito in auras,
Hoc vt iucundum cernat in orbe diem.
Teq; Deum trinum cognoscere discat in vno,
Et vera fidei relligione colat.
Siue dabis viuam nobis, seu lumine cassam,
Hæredem regni fac tamen esse tui.
Suscipe propitius fœtum genitricis in aluo,
Et memor esto, manus hoc opus esse tuæ.
Congenitumq; nefas illi culpamq; remitte,
Quam malus in seui transitione pater.
Sed cum sim sacro baptisate lotus ab illa,
Sanguine me nati purificante tui.
Hæc etiam soboles non inficianda parentis

Sit

Sit mecum à vitijs purificata suis.
 Sin ea viua mihi superas nascetur in auras,
 Legitimis illam sacrificabo modis.
 Ut tibi baptismi sacras sistatur ad vndas,
 Sitq; ita saluandi pars quotacunque gregis.
 Sic tibi pro meritis grates Ecclesia dicet,
 Nec minus ipse tuam saepe fatebor opem.
 Qui pater & natus sancto cum flamine regnas
 Vnicus, omnipotens, perpetuusq; Deus.

I I I.

Gratiarum actio auctoris pro sexto
 partu vxoris, die 7. Maij
 anno 1568.

Q Vi vis orari, qui vis audire precantes,
 Mandatisq; mouens pollicitisq; Deus:
 Laus tibi sit, vultu quod me quoq; respicis almo,
 Propitiq; meas suscipis aure preces.
 Quod volui, factum est: supplex Ecclesia mecum
 Quod petijt, per te iam Deus alme ratum est.
 Nam mihi filiolum peperit feliciter vxor,
 Quemq; diu timuit, transijt ille dolor.
 O quoties dixit: nisi me praesagia fallunt,
 Foetui hic infelix, aut mihi, partus erit.
 Pignora quinq; tuli, neq; me tamen vlla grauarunt
 Tantopere, vt quæ nunc pondera sexta fero.
 Sed neque tunc, quando vita (miserabile) cassum
 Filiolum peperit, pondera tanta tuli.

Multaq; terrebant ipsam, quæ somnia noctis
 Viderat, & paucido pectore semper erat.
 Sed tu summe parens curas dispellis inanes,
 Pondus & in falso non sinis esse metu.
 Filiolamq; mihi viuam producis in auras,
 Et matrem seruas prole dataq; beas.
 Pro qua re meritas toto tibi pectore grates
 Nunc ago, ceu par est, & quoq; semper agam.
 Da precor, vt factis etiam vitag; decente
 Pectora declarem grata, probemq; tibi.
 Oro etiam seruare velis pater alme Sabinam,
 Et matri vites restituuisse suas.
 Et quia morbus adhuc tristissimus ille recurrit,
 Pro quo vota tibi sæpè precesq; dedi:
 Affer opem quaeso, mecum sit illa superstes,
 Noticia natos instituatq; tut.
 Non mihi diuitias, non auri pondera posco,
 Incolumis tantum sit mea costa precor,
 Hoc te summe parens cari per vulnera nati
 Obsecro & obtestor, quod peto fiat, Amen.

I I I I.

Precatio auctoris pro felici itinere.

Nos iter ingredimur longum, plenumq; pericli,
 Nec scimus tutam, quæ sit eunda, viam:
 Dum multis passim grassatur pestis in oris,
 Compluresq; sua transitione necat.

At tlla

At tu summe Deus nostrum rogo, dirige cursum,
 Iamq; per angelicum nos comitare chorum.
 Leucorea tandem nos siste benignus in vrbe,
 Atq; reduc saluos incolumesq; domum.
 Filiolos etiam praesta cum coniuge tutos,
 Totaq; Goldbergæ sit mihi salua domus.
 Ut pater aspiciat natos, natiq; parentem,
 Et coniunx reducis laeta sit ore viri.
 Sic tibi pro tali persoluam munere grates,
 Et mea saepe tuam lingua loquetur opem.
 Pro nostraq; orans Ecclesia tota salute
 Laudibus ad caelos hæc tua facta feret.
 Audi summe Deus, pater, & patris vnice fili,
 Et sacer amborum spiritus, vne Deus.
 Qui neq; coepisti, neq; desinis esse per æuum,
 In cuius posita est vitæq; morsq; manu.

V.

Gratiarum actio autoris pro felici
 reditu ex itinere periculoso,
 anno 1568.

Gratia laus & honor tibi sit Deus alme redemptor,
 Gloria pro meritis sit Deus alme tuis.
 Quod nos in medio dignatus es hoste tueri,
 Per noctem varijs insidiantem modis.
 Nam nostris inhians opibus vitæq; cruentus
 Sollicitis tota nocte timendus erat.
 Et nos cogebat largos haurire liquores,

Ut fierent multis ebria corda scyphis.
 Sed non sic poterat nostras evincere mentes,
 Et memor agnosco munus id esse tuum.
 Postea nocturnos ludens vigilabat ad ignes,
 Dum premeret grauior corpora nostra sopor:
 Ut perscrutatus nostras sub veste crumenas,
 Eriperet seua remq; animamq; manu:
 At nos insomnes traduximus ordine noctem,
 Hoc etiam donum dicimus esse tuum.
 Et ne forte sequi magno nos agmine posset,
 Ac in nos medijs stringeret arma vijs:
 Surgimus ante diem, nota regione viarum
 Digressi, atq; alias cœpimus ire vias:
 Et sic incolumes illis excessimus oris,
 Te nos mirandis eripiente modis.
 Pro qua re grates dico tibi summe redemptor,
 Et precor, vt semper meq; meosq; tegas,

V I.

Precatio autoris pro felici vxoris
 partu, anno 1573.

O Æterne Deus, cuius clementia finem (net:
 Non habet, & bonitas non numeranda ma-
 Ad te confugio, & supplex tua numina posco,
 Ad iussum verbi pollicitumq; tui.
 Tempus adest durum, discriminis ingruit hora,
 Et facies rerum dira stat ante pedes.
 En dilecta mihi nonùm iam parturit vxor,
 Quamq;

Quamq̄ vnquam, grauius nunc ea gestat onus.
 Et faciunt nobis aliarum exempla timorem,
 Quod nuper miseris tres peperere modis.
 Utq̄ magis metuam, faciunt mea crimina, quorum
 Nec noui numerum, nec modus vllus adest.
 Sed tu summe parens nostri miserere, tuaq̄
 Nos, licet immeritos, ex bonitate iuuas.
 Da mea felici pariat precor Annula nixu,
 Et mihi cum natis sit super vsq̄ suis.
 Ne mihi retribuas iuxta quæ turpiter egi,
 Nec peccatorum iam meminisse velis.
 Peccaui toties, quoties noctemq̄ diemq̄
 Fecerunt ortu Lunaq̄ Solq̄ suo.
 Nec modò quottidie, sed in vna sæpius hora,
 Hæret & in membris praua cupido meis.
 Sed tu parce Deus, culpamq̄ remitte petenti,
 Et mala, quæ vitijs sunt cumulata meis.
 Aut si supplicium non fas est omne remitti,
 At saltem leni, tam graue ne sit onus.
 Emundaq̄ meum diuino flamine pectus,
 Ut reliquos faciam tempore grata tibi.

V I I.

Precatio auctoris pro vxore phthisi
 laborante. N.

Ante tuam faciem Deus optime maxime supplex
 Prosternor, culpam confiteorq̄ meam.
 Immemor ingratus, socors, & lumine captus,

Kk 5

Impius,

Impius, & demens, & sine corde fui.
 Quod post multa tuæ benefacta & munera dextræ
 Non egi grates pro pietate tibi.
 Sed neq, sum melior factus, neq, desine vitam
 Flagitijs variè conscelerare meam.
 Tu mihi donasti vitam, & baptisinate lotum
 Eecisti membrum me gregis esse tui.
 Das Euangelij vocem, verbiq, ministros,
 Instruar vt vera cognitione tui,
 Artibus & linguis etiam me pluribus auges,
 Cumq, libet, numeris das mihi posse loqui.
 Nec modo nosse mihi, sed das quoq, posse docere,
 Dum collega scholæ per tria lustra fui.
 Inq, ministerio sacro me flamine duois,
 Vt doceam verbi dogmata pura tui.
 Das etiam vultum clementer, & addis amictum,
 Vxoremq, mihi filioloq, foues.
 Ast ego non vnquam tot tanta recogito dona,
 Nec gratus tanta pro bonitate fui.
 Commouiq, tui Deus optime numinis iram,
 Vt tua paulatim subtrahat illa manus.
 Nam mea nunc vxor morbo confecta laborat,
 Nullaq, spes vitæ dicitur esse super,
 Sed tu summe Deus, clemens, miserator, & æqua,
 Parce precor, culpæ nec meminisse velis.
 Peccaui, fateor, vitam malè turpiter egi,
 In precibus segnis frigidiorq, fui.
 Persuasit Satan, as, mundus mihi præbuit ansam,
 Ipsaq, peccatrix ad mala prona caro est.

O quo-

O quoties mecum pugno, viuisq; reluctor,
 Cum bene pugnatum est, in scelus omne ruo.
 Sed miserere mei cari per vulnera nati,
 Ipsius & meritis sit mea culpa minor.
 Certè is totius deleuit crimina mundi,
 Seu sint, seu fuerint, siue futura dehinc.
 Hæc inter mea sunt, qui pars sum paruula mundi,
 Est mea per natum culpa piata tuum.
 Hoc ego credo fide certa, utq; id credere possim,
 Agnosco flatus munus id esse tui.
 Ille mihi Christum monstrat, vimq; addit, ut ausim
 Abs te per nati poscere nomen open.
 Propter eum miserere mei, rogo propter eundem
 Accipe quas humili pectore fundo preces,
 Quæso diu viuat dulcis mihi sospita coniunx,
 Ut præsit domui filioliq; meis.
 Est confecta phthisi, sed tu quæ membra dedisti,
 Instaurare vales, id tua dextra potest.
 Namq; tibi parent herbæ, medicamina, cælum,
 Inq; tua posita est vitaq; morsq; manu.
 Imò iuuare potes, verbum si dixeris vnum,
 Nam tuus omnipotens omnia sermo potest,
 Dic saltem verbum, meaq; vxor sana resurget,
 Cui medici vitæ spem superesse negant.
 Per Iesum Christum pater ô mitissime quæso,
 Omnia quem propter suppeditare soles.
 Sic tamen, ut fiat tua & hac in parte voluntas,
 Cui volo, ceu fas est, postposuisse meam.

Tu modò

Tu modò da vires , vt possim ferre patiç,
 Quod me cunque malum ferre patiç iubes.

VIII.

Oratio auctoris vidui.

PRO qua te supplex toties Deus alme rogavi,
 Est tamen ex oculis vxor adempta meis.
 Quid faciam? Quid agam? vacuas singultibus auras
 Impleo nequicquam, lacryma vana cadit.
 Lugeo, lamentor, queror, eiulo, tristis oberro,
 Ingeminansq; Annam terq; quaterq; voco.
 Nec tamen exaudit me sæpius illa vocantem,
 Nec tamen in vitam sæpè vocata redit.
 Sed quid lamentum, si quid querimonia posset,
 Debebat lacrymis pondus inesse meis.
 Sed nihil efficitur curis, it fletus in auras,
 Quæ semel hinc abiit, non reditura manet.
 Cur igitur vano frustra me macero luctu?
 Cur lacerat vanus pectus & ossa dolor?
 Cum Iobo dicam: Tu das, quod habemus, & aufers,
 Tu quæ vis fiunt. Laus tibi iuste Deus.
 Da saltem possim tantum perferre dolorem,
 Et posthac rebus consule quæso meis.
 Et mihi, si viduam non vis me degere vitam,
 Elige quæ domui nupta sit æqua meæ.
 Cui præsens absens carus sim semper amanti,
 Filiolosq; meos quæ putet esse suos.
 Quos foueat, curet, doceat pia, casta, modesta,
 Et simul

Et simul exemplo comprobet illa suo.
 Hoc mihi si dederis, luctum mihi demseris omnē.
 Proq; tuo grates munere lætus agam.

IX.

Precatio pro benefactore.

O Aeterne Deus, cuius clementia finem
 Nescit, & omnipotens est manus, alme pa-
 Omnia quæ largè pensas benefacta piorū, (rens:
 Et gaudes operis debitor esse boni:
 Respice propitius studium mentemq; Iacobi,
 Quem tulit insignem Bendlebiana domus.
 Qui bonus in miseros manib; dat munera largis,
 Et versat verbi scripta sacrata tui.
 Me quoque non solum multo dignatur honore,
 Sed studijs etiam muneribusq; iuuat.
 Pro pietate Deus tali res ipsius auge,
 Da sit fortunis omnibus aucta domus.
 Et quia desit ei soboles & nominis hæres,
 Hoc ipsi donum suppeditare velis,
 Tu sacra sanxisti socialis fœdera lecti,
 Et donum coniunx est pia casta tuum.
 Est tua dos etiam fœmella & mascula proles,
 Fœta parens fieri te sine nulla potest.
 Et tua sponte quidem cunctis mortalibus offers
 Munera, & arbitrio diuidis illa tuo!
 Promptior esse soles tamen ore animoq; rogatus,
 Et das ad castas munera larga preces.

Et

Et differre soles tua dona, diuq̄ negare,
 Fundat vt assiduas os animusq̄ preces.
 Te precor ergo Deus votis à corde profectis :
 Vt des patrono dona negata meo.
 Vxori benedi c eius castaq̄ piæq̄,
 Da fiat tandem prole decente parens.
 Sic tibi pro meritis grates Ecclesia mecum
 Dicet & ipse pater lætaq̄ mater aget.
 Filiolumq̄ pater teneris adhibebit ab annis
 Ad studium verbi noticiamq̄ tui.
 Vt per eum quondam felix Ecclesia crescat,
 Publica res itidem sentiat eius opem.
 Si non vota tuus mea sunt contraria satis,
 Summe parens audi quas tibi fundo preces.
 Sin hac parte tuum stat inexorabile fatum,
 Da tamen oratus, quæ dare summa potes :
 Nempe fidem Christi meritis & sanguine nixam
 Cunctaq̄, credentes quæ super axe manent.

X.

Precatio auctoris pro felici tertij ma-
 trimonij auspicio.

Hoc iter auxilio diuino fretus adorno,
 Annue proposito tu Deus alme meo.
 Spectatum geminas Northusam tendo sorores,
 An sit, viri dicam, tu mihi soli places.
 Quæro thori sociam, quæ sit pia, sedula, prudens,
 Flexilis ad nutus obsequiumq̄ viri.

Hanc

Hanc dare tu solus Deus o, qui pectora nosti,
 Et simili similem consociare potes.
 Huc ades ergo parens, animosq; & lumina flecte,
 Ut sit cui placeam, quæ placeatq; mihi.
 Quæ mihi se totam prolixo pectore dedat,
 Et consors thalami non neget esse mei.
 Me complectatur, mihi sit carissima semper.
 Fidus ei maneam, fida sit illa mihi.
 Te duce sic firmo coalescant sœdere mentes,
 Ut possint geminos soluere nulla dies.
 Præ me spernat opes, & quicquid amabile terris,
 Te solum fas sit præposuisse mihi.
 Illa mihi placeat præ cunctis vna puellis,
 Gazaq; sit cordis delitiumq; mei.
 Sola tui porior sit ea confessio verbi,
 In reliquis, post te, sit mihi dulce bonum.
 Illa mei requies senij sit & vna voluptas,
 Fas sit in hac vitæ claudere fata meæ,
 Audi summe parens, clemensq; his annue votis,
 Et fac, vt opto, meas pondus habere preces.
 Sic ego, dum viuam, memori tibi pectore grates
 Muneris æternus debitor huius agam.

X I.

Precatio auctoris pro tertia coniuge
 cum morbo conflictante.

Summe parens, te dante mihi bona contigit vxor,
 Tertia, quæ primas vincit amore duas.

Non. Au-
 gust. anno
 1587.

Quæ

Quæ velut illarum proprioq; est nomina dicta,
 Sic habet, in primis quicquid amoris erat.
 Me colit, obseruat, veneratur, diligit, ardet,
 Et quæcunque mihi grata scit esse, facit,
 Hoc tibi pro dono grates ago gratus, agamq;
 Dum mihi vita manet, dum mea nupta manet.
 Sed miseram lateris vexat compunctio læui,
 Et caput affligens circumagensq; dolor.
 Vnde sit hic morbus, medici solertia ne scit,
 Dumq; latent cause, nemo iuuare potest.
 Tu solus nosti, quoniam Deus omnia nosti,
 Qui, quæ membra latent interiora, vides.
 Omnipotente tuo sunt omnia condita verbo,
 Disponisq; suo singula membra loco.
 Et flores campi varios herbasq; creasti,
 Vnde vigor læsis vitaq; visq; redit.
 Et mala sæpè soles vno depellere verbo,
 Ac dicto citius, quæ iacuere, valent. (res
 Has Deus omnipotens & nunc precor exerc vi-
 Dic saltem verbum, sospitaq; vxor erit.
 Aspice nos saltem vultu placidissimus æquo,
 Et venient nuptæ vita salusq; meæ.
 Quam vix elapso nuper mihi mense iugasti,
 Hac me tam subito cur spoliare velis?
 Hoc si peccatis merui, culpaq; pianda,
 Culpa pianda tua sit bonitate minor.
 Ne mihi retribuas sicut meruisse videbor,
 Sed veniam noxis da pater alme meis.
 Sum peccator ego, pœnis sum dignus acerbis,
 Tu bonus

Tu bonus & facilis, mens tibi mitis inest.
 Sis memor ergo tuæ media bonitatis in ira,
 Nec mihi pro meritis damna repende meis.
 Sed miserere mei clemens, & vela furoris
 Contrabe laxa tui, suppliciumq; leua.
 Sit satis, vxorem morbi tolerasse dolores,
 Sit satis, hanc ternos decubuisse dies.
 Sit satis, hanc lacrymis me deplorasse profusis,
 Sit satis, ipsius me doluisse vicem.
 Conualeat, multosq; dies Els Annula Martha
 Sit super à morbis libera tota malis.
 Sic tibi letus agam tanto pro munere grates,
 Quas mea vel quantas mens animusq; capit.
 Perpetuoq; canam: Dominum celebrate benignū,
 Qui bonus est, cuius gratia sine caret.

X I I.

Precatio auctoris pro vxore post fa-
 ctum abortum ex lapsu.

Alme parens, ex me tribuisti pignora sponsæ,
 Immatura mihi cur data dona rapis?
 Spe vana cur me lactas, frustra q; procaces
 Iam mea vota iubes irrita ferre Notos?
 Peccavi, fateor, multos te crimine læsi,
 Iustus es, iniustus non potes esse Deus.
 Es bonus & clemens, vitijq; ignoscere promptus,
 Si modò nos sceleris pœnituisse vides.
 Sed miser agnosco culpam, deploro reatum,

L t

Et mo

Et me peccati pœnitet atq; pudet.
 Ergo mei miserere precor, me respice clemens,
 Omne remitte nefas ex bonitate mihi.
 Ex lapsu coniunx tristem mea fecit abortum,
 Susceptæ sobolis spes mea tota perit.
 Jamq; immaturo iacet ægra puerpera partu,
 Prostratum robur corporis omne vides.
 Affer opem quæso, languenti suffice vires,
 Vxoremq; mihi da superesse diu.
 Compensansq; nouo fœtu clementer abortum
 Exhilara donis tristia corda tuis.
 Sic tibi pro meritis grates laudesq; sonabo,
 Perpetuoq; meo carmine notus eris.

XXIII.

Precatio autoris pro felici partu
 tertiæ vxoris.

Supplex dico Deus tibi clementissime grates,
 Pro pietate tua multipliciq; bono.
 Quod mihi das præter meritum, quæcunq; petiui,
 De quibus interdum spes mihi parua fuit.
 Prima mihi iuueni bona caraq; contigit vxor,
 Carior & melior nupta secunda fuit.
 Optima iuncta mihi nunc & carissima coniunx
 Tertia, me carum pectore rursus habet.
 Pignora viua mihi septem, duo lumine cassa,
 Sex natos, natas tres mihi prima parit.
 Altera cum summo vitæ tria cassa dolore

Filiolam

Filiolum peperit, filiolasq; duas.
 Tertia non felix ex lapsu fecit abortum,
 Nupta mihi menses cum fuit illa duos.
 Nunc iterum grauida est, & partus imminet hora,
 Sic nobis clemens o Deus, & fer opem,
 Vitus & incolumis nascatur foetus in orbem,
 Et tibi baptismi consocietur aquis.
 Salua sit atq; super viresq; recolligat vxor,
 Solamen senij subsidiumq; mei.
 Annos Anna decem mecum transegit & octo,
 Sed deerant bini te statuente dies.
 Annula Marta dies vltra duo lustra ducentes
 Trigintaq; octo te mihi dante manet.
 Quae mihi nunc iuncta est Els Annula Martha meum
 Connubij mensem transijt vndecimam. (cor)
 Hanc superesse diu faxis, & viuere mecum,
 Ne viduus fiam, nec vidua illa, velis.
 Somnia, quae terrent illam, Boreasq; Notusq;
 Irrita per terras & freta cuncta ferant.
 Vaniq; sit vulgo mala quae praesagia gliscunt,
 Quae partus atrum praecinuerunt diem.
 Vitales veniat saluus mihi foetus in auras,
 Baptismi sacra purificandus aqua.
 Salua sit atq; diu recreata puerpera viuat,
 Munere sitq; tuo prole frequente parens.
 Ex qua plura feram quondam voluentibus annis
 Gaudia, quam soboles nunc dat adulta mihi.
 Quae Musas odit, commercia praua secuta,
 Et nihil in toto pectore laudis habet.

Quæ patrem cruciat sceleratæ crimine vitæ,
 Et surda monitus despicit aure meos. (nā)
 Quam tu, si qua super spes est, rege, flecte, guber-
 Aut fac, vt icta flagris discat habere metum.
 Hoc ego te supplex oro per vulnera Christi,
 Munera quem propter nulla negare potes.
 Sic tamen, vt fiat tua non mutanda voluntas,
 Sim saltem regni pars quotacumq; tui.
 Participemq; simul videam lætissimus Annam,
 Atq; Annam Martham, corpus vtramq; meum.
 Et post te mea spes Els Annula Marthula mecum
 Succedat regno facta beata tuo.
 Et sua quæq; parens dulcissima pignora secum
 Afferat, in gremium depositura tuum.
 Vt simul vnanimis sanctis cum cœtibus illic
 Laudemus verum te sine fine Deum.

X I I I I.

Gratiarum actio auctoris pro felici par-
 tu tertiæ vxoris, die 17. Aug.
 anno 88.

Qvas ego, quas dicam tibi clementissime gra-
 tes

Non enarranda pro bonitate Deus:
 Quod mihi vitales sobolem producis in auras,
 Incolumemq; sua cum genetrice facis.
 Quam cuperent aliqui perijisse parentis in aluo,
 Aut matrem sterili ventre fuisse velint.

At non

At non exaudis Deus impia vota malorum,
 Inuidiam nobis nec nocuisse sinis.
 Sed tribuis sobolem patri matriq; petitam,
 Fœcundi signum quæ sit viriq; chori.
 Ut neq; vir sterili se consueuisse puellæ,
 Nec queat affœtum dicere sponsa virum.
 Quanquam nostra nihil per sese corpora possunt,
 Non est in nostra gignere posse manu.
 Est tua dos soboles, tua munera fructus in aluo,
 Posse negare tuum est, & dare posse tuum est.
 Tu cui das sobolem, pater ille sit, illaq; mater,
 Illa licet sit anus, sit licet ille senex.
 Tu dare cui non vis sobolem, sine prole manebit,
 Sit florens æuo vir mulierq; licet.
 Ergo tibi toto supplex ago pectore grates,
 Fœcundum thalamum quod facis esse meum.
 Si mihi sint linguæ, quot sunt in corpore partes,
 Omnia si possint edere membra sonos:
 Non tamen effari dignis tua munera verbis.
 Nec memorare satis, nec celebrare queam.
 Tu tamen exiguas humili tibi pectore dictas
 Propitia grates suscipis aure Deus.
 Has ego nunc soluo, tibi grata sit hostia linguæ,
 Et cordis placeant hæc holocausta mei.
 Et donis cumulare tuis me perge deinceps,
 Et mihi clementi numine semper ades.
 Filia nata mihi longos adolescat in annos,
 Moribus & fiat culta puella bonis.
 Teg; Deum discat primo cum lacte timere,

Te colat, obseruet, laudet, adoret, amet,
 In Christumq; fide vitam traducat honestam,
 Et faciat partes irreprehensa suas.
 Spiritus adsit ei sacer omni tempore rector,
 Ut queat electos inter habere locum.
 At fractas partu vires recreare parenti,
 Incolumemq; velis hanc superesse diu.
 Filiolam teneris solerter vt educet annis,
 Et præsidi domui fida columna meæ.
 Curriculog; suo persuncta fideliter, olim
 Salua sit, æthereas possideatq; domos,
 Aspiciensq; illic dulces sua pignora natos
 Gaudeat, & celebret te sine sine Deum.
 Has æterne parens grates, meæ sacra, precesq;
 Accipe propitius, quod rogo, fiat, Amen.

XV.

Germanicum Lutheri: Erhalt vns
 Herr/ etc. hendecasyllabis.

CONserua sacrosancta verba nobis,
 Et Turcam Deus & Papam repelle,
 Qui Iesum sobolem tuam negantes
 Cœlesti cupiunt throno remotum.
 Fortes exere Christe iam lacertos,
 Rex regum, populi tui redemptor,
 Et defende tuum gregem potenter,
 Vt nomen celebret tuum per æuum.

Credentis

*Credentis paraclete sancte cœtus
Da nobis sit idem cor & voluntas,
Et præsens in agone sis supremo,
Ac transfer super astra nos beata.*

*Da nobis Deus ô benigne pacem
In nostris regionibus perennem.
Nam non est alius potens tueri
Pugnando, nisi tu Deus Deorum.*

A M E N.

Q V I N T I L I B R I F I N I S.



L I 4

I N D E X

**INDEX PRECA-
TIONVM, VT ORDINE
SECUNDVM NUMERVM FO-
liorum in his quinque libris
continentur.**

IN LIB. I.		
<i>Ad Deum patrem.</i>	fol. 1	<i>Pro pia vitæ & studiosiorū gubernatione.</i> 14
<i>Ad Deum filium.</i>	2	<i>Pro Spiritus sancti dona- tione, & angelorum</i>
<i>Ad Deum Spiritum san- ctum.</i>	4	<i>custodia.</i> 15
<i>Oratio Salomonis pro sa- pientia.</i>	5	<i>Pro defensione contra Diabolum, & verbi</i>
<i>Canticum Zachariæ Sa- cerdotis.</i>	6	<i>cœlestis ac pacis conser- uatione.</i> 16
<i>Canticum beatæ virginis Mariæ.</i>	7	<i>In magna animi ægritu- dine constituti.</i> 17
<i>Oratio Mardochei contra Hamanum.</i>	8	<i>Celebratio beneficiorum Christi in nos.</i> 18
<i>Oratio Eleasari nolentis cibo lege prohibito vti.</i>	9	<i>Precatio cupientis esse cum Christo.</i> 19
<i>Oratio nautarum Ionam in mare proyicientium.</i>	10	<i>Hymnus in Christum.</i> 20
<i>Oratio Ecclesiæ pro pecca- torum remissione, & ab hostibus liberatione.</i>	11	<i>Salutaria esse hominum animis tormēta Chri- sti.</i> 20
<i>Pro victoria contra Diabo- lum.</i>	13	<i>Pro pia & sancta vita.</i> 22
		<i>De vi amoris in Chri- stum.</i> 22. & 23

Pro,

I N D E X

52. 53. 54. 55. 56. 57.	Gratiarum actio pro felici
58. 59. 62. 64.	uxoris partu 71. 75. 78
Preces ante cibum 56	De aduentu Christi 79
Preces post cibum 58	Hymnus, Christe qui lux
Benedictio Mensæ, quæ in	es & dies 79
Catechismo Lutheri	Die Palmarum precatio
extat 59	80
Consideratio orationis	Confessio peccatorum co-
Dominicæ 60	ram Deo 81
Gratiarum actio post sum-	Post acceptam sacrosan-
tum cibum, quæ extat	ctam Domini coenam
in Catechesi Lutheri	viridibus 82
61	Orationes S. Bernhardi
Precatio pro defensione	obiter versæ 83
contra Diabolum 62	Precatio facta ex loco in-
IN LIB. III.	uocationis, die rogatio-
Gratiarum actio auctoris	num 85
conualescentis 63	Precatio ex dicto: Christus
Gratiarum actio pro con-	ascendit in altum, &c.
seruatione & defen-	Ephes. 4. 87
sione 65	Hymnus, O lux beata Tri-
Precatio auctoris vsi medi-	nitatis. 89
camentis 66	Gratiarum actio pro bene-
Anniuersaria beneficiorum	ficijs Dei, & pro illo-
Dei recordatio, &	rum conseruatione pre-
gratiarum actio ad De-	catio. 89
um 67	IN LIB. IV.
Precatio pro felici uxoris	Precatio pro omnibus ad-
partu 69. 73. 77	vitam necessarijs 92
	Oratio

I N D E X.

Oratio contra Turcam, Christiani nominis hostem	94. 104. 110. 117. 119.	Gratiarum actio pro passione. morte, & resurrectione Christi	132
Contra Turcam & Moscovitam	97	Antiphona, Veni sancte Spiritus.	134
Pro peccatorum remissione, & contra hostes defensione	99	I N L I B. V.	
Oratio Dominica	100	Gratiarum actio pro felici reditu ex itinere periculoso	135. 139
Oratio pro mitigatione pœnarum	101	Precatio pro felici vxoris partu	136. 140. 150
Oratio contra hostes Ecclesiæ, cum peccatorum & pœnarum deprecatione	105	Gratiarum actio pro felici vxoris partu	137. 152
Precatio contra verbi diuini hostes	113. 114. 122	Precatio pro felici itinere	138
Culpæ precatio, & contra hostes oratio	ibid.	Precatio pro vxore ægro tante	141. 147
Precatio pro vxore ægro tante	122. 124	Oratio vidui	144
Gratiarum actio pro recuperata valetudine vxoris	128	Precatio pro benefactore	145
Precatio pro vxore in morbum relapsa	130	Precatio pro felici matrimonij iterati auspicio	146
		Precatio pro abortu vxoris	149
		Germanicum Lutheri	
		Erhalt vns HERR bey dem Wort / etc.	154

F I N I S.


Psal. 62. vers. 28.

Deus est fiducia & spes mea.



WITEBERGÆ,
IMPRIMEBAT LAURENTIVS
SEEBERRLICH.

ANNO 1601.





Faint, illegible text, possibly a title or author name, visible on the page.



Faint, illegible text, possibly a date or a reference number, visible on the page.







ca 1922

ULB Halle


3

004 936 612



56







ANNIS
PRECA-
NUM

Quinque.



BERGÆ,
urentius Scu-
ich,
1691.

